§. 10. *in sua. in* om. etiam Flor. Camp. Paris. 2. Amb. 2. *cum sua* Paris. 1. *a sua* Amb. 1. (Cf. II, 15, 26.) *aliis etiam. etiam al.* Jens. et pleraeque edd. vett. *ad Br. in ep. in ep. ad Brut.* Camp. *appellat. appellet* est etiam in Turic. Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. Camp. *appellat* primus dedit Ald. [Jam igitur, quod ipse Spaldingius optimum putavit, conjunge omnia ab interrogandi particulis *cur non* usque ad *appellet.*] *et narr. ac narr.* Turic. a pr. m. (sec. corr. *ad*) Flor. Amb. 1. Guelf. Camp. *dicit. dicet* Amb. 1. *in his. in iis* Turic. Goth. *sufficient* etiam Amb. 2. Paris. 1. *igitur* om. Jens. et post. ante Ald. *tractavimus.* Flor. *diximus.*

Cap. XXI.

§. 1. *qua in sententia ponitur. quam sententiam ponit* Jens. et post. ante Gibs., exc. Sich.; codex pro hac lectione nullus diserte affertur, praeter Paris. 1. a Pottierio. *Sin. Si vero* Goth. Voss. 2. cum Jens. et post. ante Sich. *si non* Turic. Alm. *significari. significata iri* Amb. 1.

§. 2. *persuadibilia* Flor. Ald. Colin. Cf. II, 15, 13.

§. 3. *Quidam. quidem* Turic. a sec. m. Camp. *mater. sit. sit mat.* Flor. *earum* om. Flor.

§. 4. *neque id sine. nec id s.* Goth. cum Ald. et post. ante Sich. *nec s.* Jens. Tarv. Loc. Ven. *erunt. sunt* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Camp. *in verbis. in* om. Turic. a pr. m. *in judic. in* omitt. Guelf. cum Jens. et aliis.

§. 5. *subj. sunt. subj. sint* Turic. Flor. Alm. Amb. 1. 2. Ald., rectissime.

§. 6. *Verum enim. Vero enim* dant etiam Flor. Camp. Amb. 2.; Amb. 1. siletur. [Apud Quintilianum *vero* jam tutissimum est, neque apud Ciceronem ea scriptura sperni debet.] *materia. materies* Turic. Flor. Alm. Amb. 1. Camp. [qua eadem forma hodie apud Ciceronem legitur.] *quaes. aud. aud. quaes.* Camp. *lecta. electa* Amb. 1.

§. 7. *infinita — propria* etiam Flor. Goth. Amb. 2. Paris. 1. Camp. *infinitam — proprie* dat etiam Jens.; Spaldingium decepit apex a mala manu erasus. *vocaverunt. vocarunt* Camp.

§. 8. *infinita. fin.* Flor. a pr. m. *hab. mult. mult. hab.* Flor. *namque ea. ea* om. Amb. 2. cum Goth. Voss. 2. 3. Jens. et post. ante Sich. *aedificio. in aed.* Turic. Camp. *efficit. efficitur* Turic. Camp.

§. 9. *lignum. ligna* Amb. 1. *sculptura. scalptura* Turic. Amb. 2. Voss. 1. 3. Alm. Ald.

§. 10. *Neque. nec* Goth. cum edd. ante Colin. *excussoris* etiam Camp. *fabr. cj.* Amb. 1. *aes esse. esse aes* Camp. *a statuis. a* om. etiam Flor. Amb. 1. Paris. 1. 4. Camp. [Dativus est, sicut XII, 10, 1 *plurimum tamen invicem differunt, nec solum specie, ut signum signo, et tabula tabulae, et actioni actio.* Et ipse Spalding. ad II, 5, 22 *diversum* cum dativo apud Quint. jungi solere notavit.] *differunt. differant* Turic. Alm. Amb. 1.

§. 11. *ei sit arte. arte ei sit* Guelf. *sit ei arte* Goth. *ei cum coq. sit arte* Camp. *cocorum* Flor. Ald. Cf. II, 15, 25.

§. 12. *philosophum. philosophorum* Turic. *hoc. hunc* Camp. *Quare* etiam Amb. 1. 2. Camp. Paris. 1. 5.

§. 13. *sit autem. sit tamen* Flor. a pr. m. Turic. Paris. 2. Camp. *dialectice.* Ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Paris. 2. Camp. *sit autem dialectice* Pottier. affert ex Paris. 3. 5. *materia. materiae* etiam Amb. 1. 2. Flor. Paris. 2. 5. Camp. Tarv.

§. 14. *poni. opponi* Amb. 1. *peritus erit. er. per.* Flor. *dicet. dicit* etiam Turic. a sec. m. (prius erat *dicite*)

Flor. Amb. 2. Paris. 1. 2. 4. Camp.; receptam defendunt Amb. 1. Paris. 3. 5.

§. 15. *Neque enim. Nec en.* Goth. cum edd. vett. ante Sich. *dicet? dicit* Amb. 1.

§. 16. *non fab. aut* etiam Turic. Flor. Amb. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp. *aut* om. Amb. 1. *quaeratur* etiam Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp. *de causa sua. de sua c.* Flor. *qui* Amb. 1. a pr. m. *quid*, a sec. *qui id. nescit. nesciet* Flor. Amb. 1. Paris. 1. Jens. et post. ante Stoer. *dicet* om. etiam Flor. Amb. 1. Paris. 1. 2. 5. Sich. *qui* om. etiam Flor. Amb. 2.

§. 17. *desiderarit* Guelf. *erit quidem. quid. er.* Amb. 1. *deligavit* etiam Flor. Amb. 2. Paris. 1. 2. 5. Camp.

§. 18. *nec — nec — nec. neque — neque — neque* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. *Ostiensi. Host.* Goth. Guelf. et edd. omnes ante Burm. *Ostensi* Turic. a pr. m. Amb. 1.

§. 19. *conversabitur* etiam Flor. Amb. 2. Paris. 1. Camp. *dicamus. dicam* Amb. 1. *fere posse credo. f. cr. p.* Amb. 1. *cr. f. p.* Flor.

§. 20. *subjecta. Ita.* Flor. interpungit demum post *ita. accepimus. accipimus* Flor. Guelf. Voss. 2. 3. Goth. Amb. 2.

§. 21. *de omnibus. de omn. rebus* Amb. 1. *qua quisque. quas q.* Turic. a pr. m. Alm.

§. 22. *si negat* om. Flor. a pr. m. *si neget* Goth. Voss. 2. cum Camp. et post. ante Colin., exc. Ald. *negat* tuetur Flor. a sec. m. cum Guelf. *ad rhetoricen. ad rhetorem* Amb. 1. posteriore loco. *in quaest. in* om. etiam Turic. Flor. Paris. 4. Camp. fort. Amb. 1. Singularem numerum defendunt Turic. Flor. Paris. 1. 5. fort. Amb. 1., et primus dedit Sich.

§. 23. *delib. demonstr. dem. del.* Camp.

§. 24. *etiam de. et de* Turic. Flor. Alm. Amb. 1. 2. Guelf. Goth. Camp. Cf. II, 16, 6. *est. Instrumentum.*

Nullo puncto interposito *et instr.* Turic. Alm. Flor. Camp. *et in id.* *et* om. etiam Amb. 1., rell. sil.; primus inseruit Sich. *opifex.* *artifex* Turic. Flor. Bodl. Camp. Andr. Obr. fort. Amb. 1. *dicturi.* *tractaturi* Flor.

Lib. III.

Inscriptio hujus libri in Amb. 1. haec: 1. *Prohoemium de scriptoribus artis rhetoricae.* 2. *Quod initium rhetorices.* 3. *Quae partes.* 4. *Quae genera causarum.* 5. *Quibus contineatur omnis ratio dicendi.* 6. *Quid sit status.* 7. *Unde ducatur.* 8. *Quot et qui status.* 9. *De laude et vituperatione.* 10. *De suasoria et prosopopoia.* 11. *De partibus causarum judicialium.* 12. *De generibus earundem.* 13. *Quid sit questio judicatio* (sic) *continens, et quatenus necessaria.* Ceteri codd. inscr. carent.

Cap. I.

§. 1. Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. inscr. dant: *De scriptoribus artis rhetoricae* (nisi quod Amb. 1. Flor. iterum addunt *prohoemium*), cum edd. omnibus ante Gesn. exc. Obr. *Quoniam.* *Quando* Flor. *eam esse.* *esse eam* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Goth. Jens. et posterr. ante Gryph. *oporteret.* *oportet* est etiam in Tarv. Ven. Ald. *Apollod.* *apullod.* Amb. 1. *appollod.* Turic. Jens.

§. 2. *fuerunt* est etiam in Flor. Amb. 2. Camp., et rell., etsi taceantur. *minimae.* Ita diserte habet Amb. 1.; sed fallitur Spald. in eo, quod adverbium ait Regio placuisse; ex hujus enim emendatione in Loc. est *minimae.*

§. 3. *tentavimus.* *temptavimus* Turic. Amb. 2. Jens. Loc. *temptabimus* Amb. 1. *mater. poterat uber.* *mat. ub.*

pot. Goth. *poterit* Turic. Flor. Alm. Camp. *eorum quae.* *eorumve* Flor. a pr. m. *arbitramur.* *arbitrabamur* Flor. Goth. a sec. m. cum Jens. et post. ante Stoer. *ne jejuna.* *nec jej.* Amb. 1. a sec. m. *averteret.* *everteret* Turic. Flor. a pr. m. Alm. Camp. *raderet.* *radere* Amb. 1. Voss. omnes.

§. 4. *esse complexum.* *esse* om. Camp. *prius oras poc.* Camp. *pr. horrida et poc.* *Aspirant.* Amb. 1. *inspirant;* Turic. cum rell. vulgatam retinet. *dulci flavoque.* *dulci favoque* Turic. Flor. a pr. m. Alm. Guelf. Voss. 1. 2. Bern. Quod Camp. dat *dulcis favique*, aperte correctoris est.

§. 5. *nos veremur.* *nunc ver.* Goth. cum Gryph. *nos nunc veremur* Jens. et posteriorr. ante Gryph., exc. Sich. Colin. *hic liber.* *liber* om. Camp. *quod pleraque.* *qui pler.* Camp. *sed ab aliis.* *sed* om. Amb. 2. cum Voss. 1. 3. *munierunt.* Ita Camp. quoque et rell. non memorati; *muniverunt* Amb. 1. *induxit.* *duxit* Obr. *produxit* Amb 1., qui voluerat fort. *perduxit.*

§. 7. *primo.* Amb. 1. a sec. m. *primum.*

§. 8. *insecutus.* Camp. *secutus.*

§. 9. *Socratem.* Turic. *Socraten*, et ita fere semper; etiam Amb. 1. amat hujus generis terminationes.

§. 10. *Chalcedonis.* *Calc.* Goth. Guelf. Jens. *Calched.* Turic. Camp. Amb. 2. *Cius.* *Chius* est etiam in Turic. Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp. *Euathlus.* *Euathius* fere omnes dant Codd., inter eos Turic. Flor. Par. 1. 2. 5. Amb. 1. 2. Camp. Goth. *Palamedem.* *Pameden* Turic. Flor. a pr. m., mira similitudine. *Alcidamas* tuentur etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. Camp. Sed *Elaeïtes* nullus e nostris; proxime accedit Amb. 1.: *claites; cleites* est etiam in Flor. Amb. 2. Camp.; *claeïtes* e Paris. 3. 4. Camp. notat Pottierius; in postremo fallitur, fortasse etiam in prioribus. De Gothani scriptura *elates* non erat quod dubitaret Spald., idem enim Bad. e Vallensi affert, et Pottierius e Par. 2. (qui idem liber est).

§. 11. *orationem primus omnium.* *pr. omn. orat.* Goth. cum Jens. et posterr. ante Stoerium. *Artem et ipse.* *et* omitt. edd. aliquot recentt. inde a Colinaeo; *et artem ipse* Amb. 1. Recepta, praeter alios, est in Paris. 1. 2. 3. Camp. *ex iis.* *ex his* Flor. Amb. 1. Camp. Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Bad. Cervic. *λογοδαιδάλους.* *logodaedalos* latinis litteris Turic. Amb. 1. et alii codd. et edd.

§. 12. *Protagoras — Thrasymachus.* Haec ita habet Amb. 1. *protagoras. gorgias, affectus. prodicus. hippias. et idem protagoras et trasimacus.* Insignis scriptura optimi libri lucem accipit a Plat. Phaedr. p. 267. c., qui diserte tradit, Thrasymachum affectibus movendis studuisse. *Periclem.* *Periclea* est etiam in Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 3. Camp. [Cf. ad libr. XII, 10, 24 et *Schneider* Element. L. L. p. 296.] *reperio.* *repperio* Turic. et ita saepius. *tanta eloquentiae fama.* *tantae eloq. f.* Amb. 1. Voss. 2. 3. Bal. (non Bodl., ut narrat Burm.) cum Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Ald.

§. 13. *successere.* *successerunt* Camp. *his qui successerunt* Paris. 1. *auditorum.* *auditor* Goth. Guelf. Voss. 2. Camp. Andr. Jens. et post. ante Stoerium. Reliqui libri silentur, sed defendunt haud dubie receptam. *convenit.* *conveniat* Camp.

§. 14. *Nam et Isocratis.* *et* om. Burm. per errorem operarum, quem repetivit Gesn. *et* est in Turic. Flor. Goth. Guelf. Amb. 2. Camp. et edd. omnibus. *implevit.* *complevit* Goth. cum Voss. 2., soli. *pomeridianis.* *postmerid.* Bodl. Guelf. Amb. 2. Voss. 1. Camp. Jens. Tarv. Ven. Ald.; reduxit hanc scripturam Obr. *illo* om. Flor. a pr. m. *σιωπᾷν, καὶ Ἰσ.* Ita, omisso *μὲν*, etiam Flor. Camp. Versum graecum omittunt etiam Amb. 1. 2. (cf. Spald. not. exeg.) *Ἰσοκράτην.* *Ἰσοκράτη* Flor. cum Guelf. [Ceterum metri vitiositas nulla videtur esse, quoniam *καὶ* cum insequenti vocali crasin, quam grammatici dicunt, efficit, et anapaestus in quarta sede facile excusari potest, quippe nominis proprii. Cf. Buttmann. gramm. Graec. ampliss. p. 122 not.]

esse tacere. *esse se tacere* Amb. 1. a sec. m. Tarv. Ven. Ald. *Isocratem. Isocraten* Amb. 1., ut saepe.

§. 15. *studiosius.* Turic. a pr. m. *studiosus,* unde al. m. fecit *studiosos;* et ita Camp. *philosophi. philosophiae* Turic. Flor. Alm. Amb. 1. Camp. *rhetores. rhetorices* Amb. 1. (ab eadem ut videtur manu supra additum est *ic,* cum in textu fuisset *rhetores*) Camp. (Hic praeterea *quam* mutat in *quae non*) Tarv. Ven. *praecipue*, omisso *que*, habet etiam Sich.

§. 16. *videtur. videretur* Turic. Flor. Alm. *Halicarnaseus* Turic Flor. Camp. cum multis edd. vett.

§. 17. *Gadareus. gadeseus* Amb. 1. *maluit. mavult* Turic. Camp. *Tiberius. Titus* cum Alm. habent Turic. Flor. Camp. et a sec. m. Amb. 1.

§. 18. *inde* om. Flor. a pr. m. *deinde* Camp. *et Theodorei. ac Theod.* Turic. Guelf. Camp. Ald. *latine fuit. fuit latine* Turic. Flor. Guelf. Camp. Obr., fort. ex Argent. C. *Valgius. Gaius V.* Amb. 1., et ita fere semper (cf. I, 7, 28). *Evalgius* Jens. Tarv. Ald. cum Bal. Voss. 3. *Valgius,* om. *C.*, Loc. Ven. *Matium. Mattium* Amb. 1. *matrium* est etiam in Loc. Ven., non Tarvis. *agnoscit. cognosc.* Camp. *hermagoran* Turic. cum Guelf. [Amb. 1. taceri miror, qui hujus libri cap. 11, 18 Graecam formam exhibeat. Ille vero et *Protagoran* III, 4, 10 et *Aeschinen* II, 17, 12. *Isocraten* III, 1, 14. *Plisthenen* III, 7, 19 sed etiam *Phoenicen*, quod descendat a recto casu Phoenix.] *viderint. viderunt* Camp. Jens. et post. ante Gryph., exc. Sich., Cod., quantum video, nullus.

§. 19. *condidit. tradidit* Obr. cum Bern., fort. Amb. 1., qui siletur. *in hanc materiam* etiam Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp., ut in nullo cod. videatur esse recepta. *M. Cato — M. Antonius.* Perverso ordine, ut in ceteris codd., sunt haec etiam in nostris, e quibus *post* omittunt Turic. Flor. a pr. m. Amb. 2., retinent Amb. 1. a sec. m. cum Paris. 1. 2. *atque id. et id* Goth. cum Jens. et post. ante Gryph., exc. Ald. Sich. *celebres, quorum.*

dederit inserit etiam Flor. a pr. m.; ortum videtur e *dedit*, quod paulo post sequitur.

§. 20. *adulesc.* Turic. Flor. Goth. et ita fere semper. *plerique desiderant.* *plerumque desiderantur* Turic. Flor. Bodl. Amb. 1. Camp. Andr. *omis. sciens.* Guelf.

§. 21. *omisisset. Scripsit. et* interponunt Turic. Flor. Amb. 2. Guelf. Camp. cum Voss. 3. Bern. *Stertinius. strestinius* Turic. Flor. *accuratius. accurate* Amb. 2. cum Goth. Bern. Stoer. Chouet. Leid.; receptam dedit Gibs. ex Bodl. Bal. et edd. vett. *Laenas.* Ita Amb. 1. *Verginius* est etiam in Flor. Amb. 1. 2. Paris. 2. 3. Sich., et haud dubie Turic., etsi siletur. Recepta est in Paris. 1. Camp. *Tutilius.* Ita etiam Amb. 1. Camp. *tutillius* Flor. [Cf. Supplem. in praef. Vol. I p. LXXXIV.] *operis auctores. sunt* rursus interponit Camp. *forent. erant* Sich. solus.

§. 22. *scriptores. auctores* habent etiam Amb. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp. Obr. fort. Amb. 1.; etiam Flor. siletur. *cujusdam* videtur sphalma nostrae edit., etsi idem reperio in Jens. Loc. Ven.; cett. omnes *cujusquam*, praeter Aldum, qui dat *cuiquam* cum Goth. Voss. 2. *plurium.* Ita etiam Paris. 2. Camp.; rell. silentur, etiam Amb. 1., cum Obr. dederit *plurimum. plurimum* retinent Paris. 1. 5. *confero inv. inv. conf.* Camp. *meruisse. promeruisse* Jens. et post. ante Stoer., exc. Sich., cum Joann. Voss. 3. Goth.

Cap. II.

Inscribitur sic in Amb. 1. 2. Turic. Flor. Guelf. Goth. et edd., praeter Camp. Obr. Gesn.: *Quod* (*Quid* Goth. Jens.) *initium rhetorices.*

§. 1. *rerum nat. nat. rer.* Guelf. *acceperint. acceperunt* Flor. a pr. m. Alm. Amb. 1. *summam. summa* etiam Camp. *sumam* Turic.

§. 2. *putent. putant* Goth. cum Sich. *quod ii. qui hi* Camp. *quod hi* Amb. 1. *vocabantur. vocabuntur* Flor. a pr. m. *sui gratia. gr. sui* Camp. *sui gratiam* Flor. Turic. *instituerint. instituerunt* Guelf. Camp. *dicit.*

dicet Flor. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *compararit.* Ita Paris. 1. 3. Camp. *comparavit* jam dederat Colin.; et habet Paris. 2.

§. 3. *sicut in. sicuti in* Amb. 1. *alia insal.* — *utilia* om. Turic. facili errore. *ipsi. ipso* Flor. a sec. m. Amb. 1. Goth. *tum, quae. tumve* Flor. a pr. m. *dum quae* Flor. a sec. m. *cumque* Amb. 2. Guelf. cum Voss. 3. *cum quae* Bern.

§. 4. *primam. primum* Amb. 1. *originem* om. Flor. a pr. m. *putet. putem* est etiam in Camp. fort. Amb. 1.; Flor. siletur. *putent* Stoer. Chouet. Gibs. *et sine urb. ac s. u.* Camp. *legibus* om. Flor. a pr. m. *et tamen. sed t.* Camp. *in his. in iis* Turic. Goth. Camp. Jens. et aliae edd. vett. *ac defend. atque def.* Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *et def.* Goth. *alio melius. mel. al.* Goth. cum Jens. et post. ante Gryph., exc. Sich.

C a p. III.

Inscribitur sic in Amb. 1. Turic. Flor. Bern. *Quae* (Tur. *Qui*) *partes.*; in Goth. *Quae sunt partes rhetorices*; in Jens. et post. ante Bad.: *Quinque sunt partes rhetorices*; in rell., exc. Obr. Gesn.: *Quinque esse partes rhetorices.*

§. 1. *auctores. oratores* est etiam in marg. Sich. *dispositione. disputatione.* *et rem. et* omittunt Turic. Flor. Alm. Guelf. Amb. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *verba. verbum* Jens. et posterr. ante Sich., codex, quod sciam, nullus.

§. 2. *Ac si. At si* Goth. cum Jens. Tarv. Ald. *hic, si* Flor. a sec. m. *finitus. finitur* Jens. cum posterr. ante Sich.; receptam e Vallensi affert Badius. *enim tantum. tant. en.* Amb. 1. *quid et quomodo. quid aut q.* Obr. cum Turic. a sec. m. (a pr. m. *at*) Camp.; receptam tuetur Amb. 1. *et dispositione. et* om. etiam Amb. 1.; rell. videntur retinere. *neque — neque. nec — nec* Goth. cum Jens. et post. ante Sich. *ea quoque pars. quoque* est etiam in

Camp. Sich. Colin., et ut videtur, in codd. nostris omnibus; omittitur a Paris. 1. 2.

§. 3. *Verum haec. V. et haec* Camp. *Huic quoque igitur trib.* Camp. *H. ergo trib. trib. est nec.* Receptus ordo jam est apud Sich.

§. 4. *tres. tris* Turic. Flor. Goth. et multae edd. vett.; itaque semper fere. *esse partes. part. esse* Guelf., ed. nulla. *quia.* Amb. 1. *quoniam. quarum. quorum* Guelf. Amb. 2. Voss. 1. *crediderit. tradiderit* edidit etiam Ald.

§. 5. *judicavit. judicabit* Amb. 1. *neque enim.* Ita Turic. Flor. Amb. 1. Camp. *dicitur.* Turic. a pr. m. *dicunt. non vitasse. non invitasse* Amb. 2.

§. 6. *Et Cic.* Camp. *Ut Cic. subjecit.* Camp. *subjicit. tribus primis. pr. tr.* Goth. Guelf. cum Jens. et post. ante Gryph. *permixtum.* Obr. *commixtum,* non addic. Amb. 1. *nec — nec* Goth. cum Jens. et post. ante Sich. *ex eo mutuari. ab eo m.* Paris. 1. 2. Goth. Voss. 2. cum Jens. et post. ante Stoerium. *putem. putetur* Obr., refrag. Amb. 1.

§. 7. *Quod hoc. Quo h.* Amb. 1. a sec. m. *in inventionem. in* om. Guelf. Camp. Jens. et post. ante Bad. *quintamque. q. quoque* dant etiam Flor. Par. 1. 2. 5. Camp.; in Amb. 1. videtur esse recepta. *Idem in. Id. cum in* habet etiam Camp. et Turicensis a sec. manu. *scriptis. scripsit* Flor. Camp.

§. 8. *fuisse* om. Camp. *aliud.* Camp. *alia. ordine. in ordinem* etiam Turic. a sec. m. Paris. 2. Camp. Sich. *optimo. optima* praeter memoratos Turic. a sec. m. Amb. 1. a sec. m. Paris. 2. Camp. Sich. Colin. Recepta est in Paris. 1. 5. *ac verbor. et verb.* Turic. Amb. 1. Guelf. Camp. *memoria. memoriae* etiam Amb. 2. Camp. *accedat.* Guelf. Goth., soli, nisi quod in Voss. 1. est *accidit. tres. tris* Turic. Flor. Goth. Jens., ut supra. *ceter. part. part. cet.* Goth. cum Jens. et post. ante Stoer.

§. 9. *elocut. sunt. sunt eloc.* Turic. Flor. Guelf. Camp. *subjicit.* Idem videtur esse in nostris omnibus; est in

Paris. 3. 4. Camp.; *subjecit* retinent Paris. 1. 2. *et hic per abus.; p. ab. e. h.* Camp. Tum fere ut Guelf. in margine Turicensis habet: *nam nunc non abusive dicitur dispensatio.*

§. 10. *Est et circa. E. etiam c.* Jens. et post. ante Sich. *quartus ejus.* Recepta videtur esse in nostris omnibus; est in Paris. 3. 4. Camp. *q. ei* habent Paris. 1. 2. *inventa tantum. tant. inv.* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Goth. Camp. Jens. et post. ante Colinaeum. *Hac enim. Haec e.* Turic. a pr. m. *Hac autem* Paris. 2. *collata. collocata* Amb. 1.

§. 11. *partes. partis* Turic. Flor. *enim esse.* Camp. *en. est.*

§. 12. *accipimus. accipiamus.* Goth. Voss. 2. cum Jens. et post. ante Sich. *relinquemus. relinquimus* Turic. Flor. Paris. 1. Voss. 2. Goth. Vallens. Jens. et post. ante Ald. *relinquamus* Bad. Cerv.; receptam conject. assecutus est Regius; recepit Ald. cum Sich. et post., exc. Obr.; Amb. 1. non memoratur. *rhetorices. rhetorice* est in Turic. Paris. 1. 2. 5., et videtur esse in Flor. Amb. 1., certe Camp. *scientia* om. Flor. a pr. m. Turic. Alm. *tamen est. tam. erit* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Alm. Guelf. Voss. 1. Paris. 5. Bern. Camp., et e recc., solus Sich.; recepta est in Goth.

§. 13. *vocant. vocantur* Jens. et post. ante Sich., nisi quod Tarv. Loc. Ven. *vocatur. nec — et. non — sed* videtur esse in nostris omnibus, est certe in Camp., et ita jam dederat Sich.

§. 14. *Partes igitur. P. ig. sunt* Flor. a sec. m. Goth. *Nam.* Camp. *Natura,* ex sigla *Nā* male intellecta. *sit* om. Guelf. cum Sich. *non sint. quod non s.* Guelf., et ita videtur habuisse codex Sichardi, qui, omisso *cum* (hoc abest a Guelf. Amb. 2.), pro *quod* dedit *quae.* Lectionem edd. recc. *nisi sint* primus dedit Colin.; reperitur in Paris. 4. 6. *constat.* Ita Flor. Amb. uterque. *constet* est in Turic. a sec. m.; edidit primus Sich.

§. 15. *et dispositionem* om. Amb. 1. *genera — genera caus.* Ita, om. *ea — qui,* etiam Flor. Amb. 1. 2.

Paris. 1. 2. 5.; utrumque pronomen est in Turic. a sec. m., et jam in edd. Sich. Colin.; Camp. ita connectit duo capita: *Cicero. Sed genera causarum tria.*

Cap. IV.

Inscriptiones sunt hae: *Quae genera causarum* Turic. Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Bern. Jens. Tarv. Ald. *Quae et quot sint genera causarum* Goth. *Quot genera caus.* Loc. Ven. *Tria esse genera causarum* Bad. et post. omnes, exc. Obr. Gesn.

§. 1. *concionalem. continualem* Turic. a pr. m. Flor. a pr. m. Amb. 2. Bern. *continalem,* quod habet Tarv., inde videtur fluxisse.

§. 2. *cum apud Gr. tum ap. Gr.* Guelf. cum Jens. et post. ante Colin., exc. Tarv. Ald. *maximo temporum.* Guelf. *maxime tempore* cum Sich.; sed hic, ut sensus integer fiat, corrigit *auctorum* pro *auctore.* [Sed notes velim ablativum sine praepositione positum cum verbo passivo. Cujus rei Ruddim. in Institutionibus gramm. Lat. T. II pag. 212 edit. Lips. duo tantum exempla ex prosariis scriptoribus laudat. Adde Curtium libr. VI, 26 opperiens aliquem amicorum ex prima cohorte, *quo* introduceretur ad regem. Cf. Caesar. de bell. Gall. 1, 8 ea legione militibusque — fossam perducit. Nam pluralis numeri exemplis nunc quidem uti non possumus.] *sed etiam paene. etiam* om. Turic. Flor. Guelf. Amb. 2. Camp. Sich. Obr. fort. Amb. 1.

§. 3. *videbimur. videmur* Jens. Loc. Ven. Bad. Cerv., cod. nullus. *cum querimur. si conquerimur* Guelf. *si quer.* Sich. *consolamur* om. Camp. *et plurima al. et* om. etiam Flor. Camp. Amb. 2. *plura* Goth. Voss. 2. Paris. 1. 2. cum Jens. et posterr. ante Sich., exc. Ald.

§. 4. *in his. in iis* Goth. *in is* Turic.

§. 5. *laud. ac vitup. laud. et vit.* Goth. cum Jens. et post. ante Gryph. *cons. ac jud. jud. ac cons.* Camp. *operae. opere* Amb. 1. 2. Jens. *comprehenderint. com-*

prehenderent etiam Camp. *comprehenderunt* Flor. Alm. Recepta est in Paris. 1. 2. 5.

§. 6. *cuncta rimanti. rim. c.* Flor. *et talis.* Ita etiam Flor. Camp. Amb. 2. Copulam omitt. etiam Paris. 1. Sich. Colin. Obr. fort. Amb. 1. *oratoris. orationis* Flor. Alm. Amb. 1. 2. Guelf. Voss. 1. Bern., et omnes ut videtur codd., praeter Goth. Voss. 2.

§. 7. *genus est. est gen.* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Camp.; receptus ordo est in Goth. et edd. omnibus.

§. 8. *Item omnia. It. cum omn.* Camp.

§. 9. *jud. et concion. et* om. Turic. Flor. Amb. 2. *conditionalem* Camp. *generales. generalis* Turic. Flor. Guelf. Camp. *ἐξεταστικόν. et ἐξετ.* etiam Sich. *dicit.* Ita Paris. 3. 5. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *dicitur* etiam Flor. Amb. 2. *dicunt* Paris. 1. 2.

§. 10. *Protagoram. Protagoran* Amb. 1. ut semper. *Pythag.* Camp. *Sophiste*, etiam Flor. Amb. 1. Paris. 1. 2. 3. Camp. *disjung. dijung.* etiam Amb. 2.

§. 11. *inesse. esse* Amb. 1.; vocem omittunt Tarv. Ald., soli. *Nobis et. N. autem et* Paris. 2. *plures. plurimos* praeter memoratos habent Flor. Amb. 2. Paris. 3. 5. fort. Amb. 1.; recepta est in Paris. 1. 2. Camp.

§. 12. *et ἐγκωμ. et ἐπιδεικτ.; ἐγκ. aut ἐπιδ.* (omisso priore *et*) Flor. Camp.; *aut* habent Amb. 1. Turic., qui de omissione *τοῦ et* silentur; idem voluerunt Guelf. (qui habet *ut*) et Amb. 2.: *ἐγκωμιαστικονα ut ἐπ.*

§. 13. *mihi. multi* Camp. *demonstrationis. demonstravimus* Turic. a pr. m.; *demonstrativi* Camp. *ἐγκωμιαστικῷ.* Amb. 1. latinis litteris *encomiastico.*

§. 14. *suadendi.* Camp. *persuad. plerumque. pleraque.* Amb. 1. *Ut — sint. At — sunt* Camp. *forte non ex. f. nomen ex* Turic. a sec. m. *non* om. etiam Camp.

mutuantes. mutantes videtur esse in nostris omnibus; (certe nullus memoratur;) diserte affertur vulgata e Paris. 1. 2. 4. Camp. [Cf. praef. Vol. I. pag. LXXXIV. At *mutare* etiam *vertere ex uno in alterum sermonem* significare Forcel-

linus in lexico laudato loco Senecae epist. 58 ante med. probat: Una syllaba est, quam mutare non possum. Quae haec sit, quaeris? τὸ ὄν.] *demonstrat.* *demonstret* Camp.

§. 15. *incident.* Ita Turic. Flor. Amb. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp.; *incidunt* primi dederunt Sich Colin.; fort. est in Amb. 1. *in qua.* *in quam* Amb. 1. *laud. aut vit.* Ita Camp. *laud. ac vit.* etiam Amb. 1. Paris. 1. 2. 5. *vit., suad.* Ita, om. *aut* etiam Flor. Paris. 1. 2. 3. Amb. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *aut dissuad.* *ac diss.* etiam Turic. Camp. *minuere.* *diminuere* Goth. Voss. 2. cum Jens. et post. ante Gryph., exc. Sich. *componendisve.* *componendisque* Goth. Voss. 1. (hic videtur error Burm. pro Voss. 2. cf. Praef. ej. pag. 5) cum Jens. et post. ante Gryph., exc. Ald. Sich.

§. 16. *Ne his.* *ne iis* Goth. cum Jens. et post. ante Sich. *laud. — delib.* Haec ita Camp.: *laudationem mat. honestarum*, *deliberativum* (hoc ultimum cum Flor.), nullo sensu. *tractantur.* *tractatur* dant etiam Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. 5. Camp. *honestas.* *honesta* etiam Flor. Camp. Amb. 2. *judic. inven.* *inv. jud.* Goth. cum Jens. et post. ante Sich. *aliquid eorum.* Edd. recc. a Gryph. usque ad Gibs. *aliqua eorum quid*, haud dubie contra codd. omnes; in nostris certe nihil variatur.

Caput V.

Inscriptio haec in Turic. Flor. Amb. utroque Guelf. Goth. et edd. omnibus praeter Camp. (qui nusquam inscriptiones dat) Obr. Gesn.: *Quibus contineatur omnis* (Goth. omitt. *omnis*) *ratio dicendi.*

§. 1. *ex iis — ex iis.* Ita Turic. *ex his* utroque loco retinet Amb. 1.; primus ita edidit Sich. *quartam partem.* *part. quart.* Turic. Flor. Amb. 1. Goth. Guelf. *adj. quid.* *quid. adj.* Camp.

§. 2. *item.* *autem* est etiam in Turic. a sec. m. Camp. Paris. 2. et Voss. 2.; receptam primus dedit Sich., quae reperitur in Paris. 1. 5. *debeat.* Ita Flor. Amb. 1. 2.

Paris. 1. 2. 3. Camp. *moveat. moneat* Camp. Tarv. *eorum* om. Amb. 2. *cadent. cadunt* Amb. 2. Guelf. Voss. 1. 3. Goth. *ut non. non ut* Amb. 1., nullo sensu. *irruperunt.* Ita Flor. Amb. 2. Paris. 1. 2. 3. 4. Obr. fort. Amb. 1. *irruperint* dederunt jam Camp. Sich. Colin. et est in Turic. Cf. praefat. Vol. I p. LXXXIV.

§. 3. *rhetorica. rhetorice* Alm. Turic. (in hoc est — *ae*) Amb. 2. Camp. Obr. fort. Amb. 1. *desiderent. desiderarent* Turic. a pr. m. Flor. Alm. *Quidam.* Camp. *Alii. quaeratur.* Ita videtur esse in nostris omnibus, est certe in Camp. Paris. 3. 4.; *quaeritur* Paris. 1. 2. *existimant. existimat* Turic. Flor. Guelf. Voss. 1. 3. Amb. 2. Camp. *max. pars. pars max.* Camp. *repugnat. repugnet* Guelf. cum Jens. et post. ante Bad., acc. Sich.; recepta est in Goth. Vallensi et aliis. *constet.* Ita jam Sich. Colin. *sint turp. sunt t.* Goth. cum Jens. est post. ante Colin., exc. Ald.

§. 4. *aut in scr., aut.* Amb. 1. *in scr., et*, omisso priore *aut.* *sunt de jure. sunt* om. Amb. 1.; e contrario Goth. Voss. 2. inserunt *sunt* ante *de re.* *legale — rationale.* Turic. transponit *ration. — leg.* cum Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Bodl. Joann. Bal. Voss. 1. Bern. Andr. *genus* om. Jens. cum post. ante Ald., cod. nullus. *id est.* Ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. 3. Camp. Vulgata lectio jam est in Sich. Colin.

§. 5. *et in verbis. in* om. Turic. Flor. Alm. Camp. *infin. aut fin.* Camp. *fin. aut infin.* *θέσιν. θέσις* Amb. 2. Guelf. *θέσεις* Ald. *ὑποθέσεις* Tarv. sola. *dicunt* om. Camp. *propositum. porro prop.* Turic. a sec. m. *universales civiles. alii* inserit Amb. 1. a sec. m.

§. 6. *sit scientiae. si scientia* Guelf. *an prov.* Camp. *aut prov.* *munus* Turic. a pr. m. *acced. ad remp.* Goth. *acc. sit ad r.* cum Gryph. Stoer. Chouet. *administratam* Turic. a pr. m. *Prius. Primum* Amb. 1. *an sit? quid sit? quale.* Turic. a pr. m. *an si quidem quale.* Flor. a pr. m. *an si quod est quale* (in hoc sec. m. fecit *sit,* cetera

non mutavit); ex Alm. refertur *an quid est quale.* *adipiscamur.* Amb. 2. *apiscamur.*

§. 7. *Finitae.* Camp. *finita.* *hae.* Amb. 1. *quae.* *ὑποθέσεις.* Ad hoc vocabulum in Turic. glossa interlinearis est: *suppositum idem in praesentia.* *in his.* *in iis* Camp.

§. 8. *est semper.* *s. e.* Camp. *An Catoni.* In Turic. est glossa interlinearis a sec. m.: *qui suam alteri permittere fas duxit, id est martiam hortensio.* Haec inseruit Camp. post *ducenda,* nisi quod *id est* — *hort.* omittit. *in tyrannide.* *in* om. Amb. 1.

§. 9. *tyrannis.* Ita etiam Paris. 1. 2. *tyrannus* videtur esse in nostris omnibus. Turic. siletur etiam ex altera collatione. *tacita vis.* *tacitativis* Turic. a pr. m. *hoc propriе.* *hoc* om. Jens. cum posterr. ante Bad.; codd. nihil variant, nisi quod Goth. cum Voss. 1. (fort. 2.) *hic* praeferunt. *inest.* *est* Camp.

§. 10. *venit.* *velut* etiam Flor.; *venit velut* conjunctim Camp. cum Guelf. *Clod. occidit.* *Cl. interfecit* Camp. Andr. *occidit insid.* *occiderit ins.* Jens. et posterr. ante Sich. *occideret* Voss. 2. non acced. Goth. *An sit.* *A. hoc sit* est etiam in Paris. 2. *occidendi.* *occidi* Ald. Colin., codex nullus, [sed illi editores sensisse videntur, inesse in hac verborum constructione aliquid inusitatum. Potuissent etiam *occidere* scribere, sed illud propius ad codicum scripturam videbatur.] *non illa.* *num illa* Camp. Paris. 1. *comprendi* etiam Camp.

§. 11. *posse theses.* *thesis posse* Turic. Flor. *Θέσεις posse* Amb. 1. *posse* om. Camp. *thesis* est etiam in Guelf. et Goth. *thesin.* *thesim* Guelf. Camp. Jens. et pleraeque edd. vett. *Θέσιν* Amb. 1. *ut illa sit.* *sit* om. Flor. *tantum gratia.* *gr. t.* Guelf. Goth. cum Jens. et posterr. ante Gryph.

§. 12. *oratori.* *orationi* est etiam in Flor. Amb. 1. 2. Paris. 1. (e Paris. 2., i. e. Vallensi, notatur *oratori.*) Camp. *valetudine.* *aegritudine* Camp. *ejusmodi* — *occurri.* *ejusdem* etiam Amb. 2. Camp. *iisdem* Paris. 1. 2. 5.; Flor.

a pr. m. ita: *eidem quaestio sic occursi;* a sec. m.: *ejusdem quaestionibus* cet. *occursi* est etiam in Turic. a pr. m. *ut illis. utilis* etiam Flor. Camp. *finis. fides* Amb. 1. a sec. m. *prov. mund. m. pr.* Goth. cum Jens. et posterr. ante Stoerium.

§. 13. *in iis. in his* Flor. Amb. 1. Goth. Guelf. Camp. Sich. *referuntur. referunt* Flor. Amb. 2. Voss. 1. 3. Bern. *illa prius. p. i.* Flor. Camp. *Et quomodo. Et* om. Guelf. *Marciam debeat. deb. Marc.* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Camp. Jens. et posterr. ante Gryph.

§. 14. *confirment. confirmant* Amb. 1. *alius hic Herm. hic Herm. al.* Goth. cum Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Sich. *rhetorico. rhetoricorum* Camp.; et sic correxit aliquis in nostro Jenson. exemplari. *manifestum. manifestatum* Turic. a pr. m. *theses. thesis* Turic. Amb. 1. Guelf. Goth. Camp. Jens. et pleraeque edd. vett. *thesin. thesim* Amb. 1. Guelf. et eaedem edd. cf. §. 11. *hoc genus. hoc* om. Camp. *refert.* Sich. solus, *vocat ac refert.*

§. 15. *respondendi.* Ita etiam Flor. Amb. 2. Paris. 1. 3. 4. (Paris. 2., id est Vall., *reprehendendi*) Camp. (hic per compendium *rñ*) fort. Amb. 1. *quod — quod. qui — qui* Camp., ut solet peccare. *atque iis. a. his* Turic. Amb. 1. Camp. Jens. et posterr. ante Ald. *atq. iis — de oratore* omittit Guelf.; idem non habet *libris,* cum Turic. a pr. m. Flor. Amb. 1. Goth. Voss. 2. Gryph.; scripturam Guelf. recepit Sich.; Camp. ponit *libris* statim post *his*, Voss. 1. dat *libros. controversiam. controversias* Camp. *dicere liceat. lic. dic.* Goth. cum Jens. ei posterr. ante Stoer. *de specie. despiciat* Turic. a pr. m. *prob. sit. p. est* Goth. Voss. 2. cum Jens. et posterr. ante Stoer., exc. Ald. *in parte. id in p.* Goth. Voss. 2. cum Jens. et posterr. ante Stoer.

§. 16. *iidem. eidem* Turic. Flor. *idem* Amb. 2. Guelf. Colin. *id est* Camp. *qui in. quin* Amb. 2. *causas. causam* Goth. Voss. 2. cum Jens. et posterr. ante Sich. *Ad hoc. adhuc* etiam Flor. Amb. 1. 2. Camp. Sich. Paris. 1. 2. 3.

aliquid. Ita etiam Camp. Amb. 1. 2. Paris. 1. 3. 4. *aliquod* Flor. *aliud* Paris. 2., et ita jam Sich. Colin. *et similia* omitt. Goth. Voss. 2. cum Jens. et post. ante Sich., exc. Ald.

§. 17. *Valgii.* *Valgi* etiam Turic. *suis part.* *sui part.* Guelf.

§. 18. *intelligimus.* *intelligamus* etiam Paris. 1. 5. Turic. Flor. Amb. 1. 2. Camp. Badius receptam dedit e Vall. (Paris. 2.) Cf. etiam praef. Vol. I p. LXXXV. *Sed ipsam.* *S. et ips.* Amb. 1. *Isocr. causam.* *Is. autem caus.* Amb. 1., qui praeterea a pr. m. habuit *Socrates.* *ait.* *aut* Camp.

rem controversam. *in controversiam* Camp. *rerum controversiam* Amb. 1. Flor. a sec. m. (a pr. m. erat *re cont.*) Paris. 1. Jens. et posterr. ante Stoer. *controversiam* est etiam in Turic. Amb. 2. Bern., quorum postremus om. *rem.*

Cap. VI.

Inscriptio haec in Turic. Amb. 1. 2. Bern. Goth. Jens. et posterr. ante Stoerium: *Quid sit status;* in Guelf. *Qui s. st.;* in Flor. *Quis stat.;* in edd. recc. *Quid sit status: unde ducatur: reus an actor eum faciat: quot et qui sint.* Haec a codd. suis locis inseruntur.

§. 1. *aggredior.* Ita etiam Paris. 1. *aggrediar* Paris. 2. 5. Camp. [Etiam lib. II, 10, 1 quamvis conjunctivus placeat, librorum tamen suffragia pro indicativo sunt.] *quodque.* *quidque* Camp. cum Voss. 1. *commune est.* *est comm.* Turic. Flor. Amb. 1. Guelf. Camp.; ordo vulgaris est in Goth. et edd. *ducatur.* Ita Paris. 1. 2. 5. *dicatur* etiam Paris. 3. Camp. *quot et qui sint.* *quot qui sint* Turic. a pr. m. *quot quidem sint* Turic. a sec. m. Camp. (nisi quod in hoc *sunt.*) *judiciales materias.* *judicialem materiam* Camp. *executus.* *assecutus* Camp.

§. 2. *appareat.* *caput*, quod multae edd. vett. hoc loco inserunt, omittit jam Tarv. *generale caput.* *generale* om. etiam Flor. Amb. 1. 2. Camp. Paris. 1. 2. 3. *referantur.* *referuntur* etiam Camp. Paris. 2. Sich. Colin. Conjunctivum retinent Paris. 1. 5. *Quorum — vis.* Turic. a pr. m. om.

diversa; inde Camp. et Turic. a sec. m. *Q. appellationis vis.* *eadem est.* *est* om. Jens. cum posterr. ante Ald., cod. nullus. *quidque.* *quodque* Camp.

§. 3. *putant.* *putatur* Goth. Voss. 2. cum Jens. et post. ante Sich., exc. Ald. *ab Naucrate.* *ab Eucrate* etiam Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. Sich. Colin. *ab Crate* Camp. [Adde praef. Vol. I. p. LXXXV et vide de funebribus hominis in Mausolum orationibus Taylori Lectiones Lysiacas p. 232 sq.] *Isocratis.* *Socratis* Amb. 2. Par. 2. 3. Camp. *abucrates socrates* Turic. (a sec. m. *socratis*). *abucrate Isocrates* Flor. *Ctesiphontem.* *Stes.* Turic. Flor., iidem *clyazomenio.* *Demostheni.* Ita Par. 2. 3. 5. Camp., et nostri, ut videtur, omnes.

§. 4. *appellatio.* *appellativo* Turic. a. pr. m. *ducta.* *dictus* Amb. 1. a sec. m. *parum.* *par* Turic. Alm.

§. 5. *Non enim est.* Ita etiam Turic. Flor. Camp.; ordinem vulgatum primus dedit Colin. *fecit, an fecerit?* Corrige errorem typ. ed. nostrae; debebat esse *feci.* *quid fecerit.* *quis quid fec.* Amb. 1. Flor. a sec. m. Jens. Tarv. Ald. *in eo.* *in quo* Jens. cum posterr. ante Colin., cod. nullus. *insistit: erit.* *institerit: erit* etiam Flor. Camp.; *institerit*, omisso *erit*, Amb. 1. a sec. m. Recepta est in Par. 1. 2. *consistit* Par. 5.

§. 6. *Quid si enim.* Ita nostri, ut videtur, omnes. *Quod si enim* Camp. *Quid enim si* Par. 1. *erret.* *errat* Camp. *Et hoc.* *Sed hoc* etiam Flor. Camp., fort. Amb. 1. *qui quia.* Nostri nihil variant, certe Amb. 1. non accedit Obrechto. *crediderunt.* Ita etiam Flor. Camp. Obr., fort. Amb. 1. *ducendum.* Ita etiam Amb. 1. 2. Par. 2. 5. *deducendum* etiam Flor. Par. 1. Camp. *dicendum* Par. 4.

§. 7. *in controversia.* *in* om. Amb. 1.

§. 8. *Harum porro.* Primus ita dedit Sich. *quaeque.* *neque* Flor. a pr. m. Turic. Alm. *fungitur.* *fungantur* Flor. a pr. m. *funguntur* Alm. *tractata sunt.* Ita etiam Amb. 2. Camp. Par. 1. 2. 3. Obr. fort. Amb. 1. *ex his.* *ex iis* Turic.

§. 9. *inde crit.* *er. inde* Goth. cum Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Sich. *obtinendum.* Ita Par. 1. Camp., et sine dubio Flor. Amb. 1., qui silentur. *optinendum* Turic. *opponendum* praeter memoratos Amb. 2. Par. 2. 5.

§. 10. *adjicit, sed non.* Ita etiam Camp. Sich. fort. Amb. 1.; *adicit si non* etiam Flor., in quo sec. m. delevit *si; dicit sed si non* Par. 4. *dicit si non* Amb. 2. *dicit non* Par. 1. 2. 5.; et ita Colin. (err. Burm.) *in eo statum esse.* *st. e. i. eo* Goth. cum Jens. et posterr. ante Gryph.

§. 11. *igitur est.* *est ig.* Goth. *Nam et pro.* *et* om. Goth. cum Jens. et posterr. ante Sich., exc. Ald. *primam partem* etiam Amb. 1. Par. 1. 5. Camp. Flor.; postremus etiam *tendit* pro *intendit* cum Turic. Obr. *prima parte* est in Par. 2. (Vall.) [De scriptura *intendit* adde praef. Vol. I p. LXXXV.] *secunda.* *secundam* Amb. 1. a. sec. m. *in equitem Romanum.* *in* omittit Amb. 1., unde sec. m. effecit *equiti Romano.* *in eo dicam.* *dic. in eo* Goth. cum Jens. et posterr. ante Gryph.

§. 12. *ante prooemium.* Ita omnes etiam nostri et Par. omnes. *insidiator.* *insidiatur* etiam Flor. *liquere.* Turic. a pr. m. *licere.* *utique.* *utrique* Turic. Flor. Guelf.

§. 13. Inscriptiones codd. hae sunt: *Unde ducatur* Amb. 1. Turic. Flor. Voss. 1. 3. Bern. *Unde ducatur status* Guelf. *Unde dicetur status et utrum actor vel reus statum faciat* Goth. *primam.* *primum* Guelf. cum Colin. *deprecationem.* Ita etiam Amb. 1. (quamquam in hoc *pre* est a sec. m.) Par. 1. 2. 3. *depulsionem* Turic. a sec. m. Camp. Obr. *deprecationem vel depulsionem* Sich. *his verbis Cicero.* *Cic. his verb.* Camp. *insistit;* hoc jam dederant Camp. Sich. *insistet* Flor. a pr. m. *consistit* est in Par. 1. Joann. *respondet.* *respondit* Flor. Turic., uterque a. pr. m. *praecipue.* *maxime* dat etiam Par. 2. *Celsus.* *Celsius.* Flor. a pr. m. *is velit.* *velit is* Turic. Camp.

§. 14. *propius.* *proprius* Flor. a pr. m. cum Alm. *agitur.* Ita Par. 2. (ex hoc edidit Badius). *agatur* etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. Camp.

§. 15. *Mea. In ea* etiam Jens. *conjecturabilibus* Flor. *utitur enim. enim* om. Camp. *quidam. quidem* Turic. Flor. *ab eo est. est ab eo* Guelf.

§. 16. *illic.* Codd. nostri et Parr. nihil variant in lect. vulg. *illis.* [Nec opus est ulla mutatione: *illis,* intellige ei qui agit et ei, qui syllogismo utitur.] *Non habet legem. N. habes l.* Amb. 1. *revertetur. revertitur* Camp. *modo is cum quo. m. sis c. q.* Turic. *m. sit c. q.* Flor. a pr. m.

§. 17. *neget—faciet.* Ita Par. 2. *negat—faciet* Par. 1. 5. *negat—faciat* Flor. Amb. 2. Camp. *faciat* solum notatur ex Amb. 1. Itaque verisimillimum videtur, ut utroque loco conjunctivus restituatur. *Quid si.* Ita etiam Turic. Amb. 1. 2. Camp. *Qui si* Flor. a pr. m., deinde *quod si* factum est; hoc primus dedit Sich. *confitetur. confiteatur* Camp. [De ea lege multa habet Taylor. in Lectt. Lysiac. p. 301—308. Spald.] *acc. respondeat. acc. ei respondet* Sich. Indicativus est etiam in Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 5. Camp. *actoris. accusatoris* Turic. a sec. m. Flor. a sec. m. Camp.

§. 18. *Quid? quod. quidquid* Turic. a. pr. m. *erat. erit* Jens. Tarv., posterior etiam *ostenderit.* [Ad notam exeget. suam Spaldingius conferri jussit Terent. Eunuch. Prolog. 19 sqq. ad eumque locum Donatum.]

§. 19. *erit rei* eodem loco inserit etiam Camp. *fuerit. fuerat* Turic. a. sec. m.

§. 20. *a pluribus. a plurimis* etiam Amb. 1. Par. 1. Camp. *et depulsionem* omitt. etiam Flor. Amb. 2. Camp.; sed videntur esse haec verba in Amb. 1., qui siletur; sunt in Flor. a sec. m.

§. 21. *ut—crederem.* Ita Par. 2. *ut* omittit (sed retinet *crederem*) Par. 1. *credere* Par. 3. 4. Camp., et nostri codd., ut videtur, omnes; primus ita edidit Sich. [Cf. ad structuram verborum, de qua meminit Spalding. in nota exeget. Burmannum ad X, 1, 41 pag. 889 et Broukhusium ad Tibull. III, 6, 55.] *verteretur. verte* Turic. a pr. m. Flor. a pr. m.; *versaretur* Turic. a sec. m. cum Camp.

Andr. *malet.* Ita etiam Amb. 2. Par. 2, 3. *mallet* Flor. Amb. 1. *malit* Par. 1. Camp. *in hanc disputationem.* *in hac disputatione* Camp. *hac* est etiam in Turic. *impend. multos.* *mult. imp.* Camp.

§. 22. *cum in aliis.* *c. nobis aliis* Camp. *vid. mihi praec. stud.* Hic ordo verborum est in Jens. et posterr. ante Stoer. *praecipue.* Ita Par. 3. 4. Camp. *praecipuum* Par. 1. 2. *qui sit numerus.* *quis num.* Amb. 1. *nec qui gen. quive gen.* Amb. 1.

§. 23. *primum.* *primus* Camp. *constituit.* *instituit* Turic. Flor. Alm. Camp. *Flavius.* *Plautus* etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 5. Camp. *neque sane.* *nec s.* Goth. cum Jens. et post. ante Gryph. *sane aliud.* *sine aliud* Turic. *sine ea aliud* Turic. a sec. m. Camp. *ductae.* *ducta est* Amb. 1. *translatio.* *tralatio* Amb. 2., qui fons videtur scripturae Goth.

§. 24. *esse, vestitum.* Ita etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. Camp. *κεῖσθαι.* *συγκεῖσθαι* etiam Camp. Sich. *sedere, stare, jacere.* *calere, stare, irasci* Amb. 1. cum Bodl. *calere facere stare irasci* Flor. Amb. 2. Camp. *calefacere stare irasci* Par. 1. 2. 3. 4. glossa Turic. a m. sec., ex altera collatione haec est: *vel calefacere vel jacere, quod* etc. *Sed ex his.* *Sed iis* Turic. Voss. 3.

§. 25. *in qua.* Ita etiam Flor. Amb. 2. Par. 1. 2. 3. 4. 5. Camp. Obr., haud dubie Amb. 1. *extra.* *et extra* etiam Camp. Colin.; Turic. Flor. Ambb. silentur. *χρόνον.* *κρόνον* Camp. *dum.* *nondum* Flor. a sec. m. *peperit.* *pepererit* Amb. 2. Flor. a sec. m. Ald. *locum.* *locus* etiam Flor. Amb. 1. 2. Camp.; receptam primus dedit Colin.

§. 26. *Tempus quod καιρὸν iterum.* Hoc ordine Camp. *comesatur* Flor. a pr. m. (Etiam Turic. ex altera collat. vocabulum finit per *tur*). *comesator* Flor. a sec. m. *comessator* Par. 1. Camp. *comisator* Amb. 2. *Actum.* *actor* etiam Flor. a pr. m. *qui tot.* *quia tot* etiam Flor. Camp. fort. Amb. 1.

§. 27. *Causam.* Ita Par. 2. Amb. 1. *causa* etiam Flor. Par. 1. Amb. 2. Camp. *sit factum, defend.* Jens. et posterr. ante Sich., exc. Aldo: *fit, factum defend.* *apertius.* *aptius* Camp.

§. 28. *actu.* *actum* etiam Flor. Amb. 1. a sec. m. Camp. *id est.* *idem* Flor. a pr. m. *dicam.* *ducam* Flor. a. pr. m.

§. 29. *neque ego.* *nec ego* Goth. cum posterr. ante Sich. *colligeretur.* *colliguntur* etiam Par. 1. 2.; recepta est in Camp., et in nostris codd., ut videtur, omnibus *sequetur.* *sequeretur* etiam Flor. *se quaeretur* Camp. *sequatur* Bad. Cervic.

§. 30. *unum quis statum.* *utrum quisque st. unum* Turic. a sec. m. Bodl. Camp. (nisi quod in hoc est *quis*) Andr. *quisque* est etiam in Amb. 1. a sec. m. Flor. Alm., sed reliquis non mutatis. *qui* pro *quis* Guelf. Amb. 2. Jens. et posterr. ante Bad. *sunt.* Ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. 4. Camp. *ominum.* *hominum* Amb. 1. a pr. m. Alm. Flor a pr. m. *vocantur.* *vocamus* Goth. Par. 1. cum Jens. et posterr. ante Stoer., exc. Ald. *in sequentibus.* *in* omitt. etiam Flor. a pr. m. Par. 1. 3. 4.; retinet *in* Par. 2. cum Camp.

§. 31. Hoc loco inscribitur sic in Turic. Flor. Voss. 1. 3. Bern. Amb. 1. 2. Guelf.: *Quot et qui status.* In Goth. est: *q. e. q. sunt st.* *Archidemus.* *Archiedemus* etiam Turic. Flor. Amb. 2. Camp. *dicto.* *dicti* Amb. 2. cum Voss. 1. 3. Bern.

§. 32. *alio. Huic.* *alia huic* Flor. a pr. m. Camp. *Huic.* Ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. Camp., et ex altera collat. Turic. *juridicialem.* *juridicalem* Amb. 1. 2. Bern., qui omnibus fere locis ita scribunt; in Amb. 1. saepe interponitur *i* a sec. m. *Infitialis est.* Ita etiam Flor. Camp., fort. Amb. 1. *est* omitt. Par. 1. 2. 3. 4. *quem nos.* *nos* omitt. Turic. Flor. Alm. Amb. 1. 2. Voss. 3. Camp. *quia.* Ita Par. 2. *qui* etiam Par. 1. Camp.; Flor. siletur.

§. 33. *δικαιολ. Gr. dic.* *Gr. dic. δικ.* Flor. Amb. 1. Camp. *quemadmodum* omitt. Tarv. Ald., soli. *Archidemo. Archied.* etiam hoc loco Flor. a sec. m. Camp. *arcied.* Turic. Flor. a pr. m. *Arcaed.* Amb. 2. *sic ab his.* *s. ab iis* Turic. *sic est a. h.* Flor.

§. 34. *Pamphilus;* ita etiam Amb. 1. *Pamphilius* Camp. *non constet* — *constet.* *const.* — *non const.* Amb. 1. Camp. *et in rem. in* om. Amb. 2. *ut aut.* *aut ut* Guelf. *aut* omittunt Turic. Camp.

§. 35. *existimat.* *existimet* Goth. Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Sich. *Idem, qui.* *Idemque* etiam Amb. 1. Camp. *Idem, quia* Flor. Amb. 2. Par. 1. *ἀπρόληπτον.* Ita plane Flor. Camp. *ἀπροαιητιτον* Amb. 2. *ἀπροληιμπτον* Amb. 1. *ἄπορον* est in Par. 1. *dicunt.* *dicit* Amb. 1. *dicitur.* Camp. Sich. *id est dub.* Ita etiam Flor. Amb. 2. Camp. fort. Amb. 1. *et dub.* Par. 1. *quo signif.* *quod sign.* etiam Flor. Amb. 1. Camp.

§. 36. *Idem.* *Item* etiam Amb. 2. *constat.* Ita Par. 2. Camp. Sich. Colin. *constet* Par. 1. *συμβεβηκόσιν* Amb. 1. *existimavit* Camp. *in his.* *in iis* Turic. *qualitatem.* *qualitate* Flor.

§. 37. *qui et.* Ita Flor. Par. 1. 2. 3. Camp. *et qui* videtur esse in Amb. 1. *et* omitt. Camp. *et res.* *et rem* Turic. a sec. m. Camp. *quid, quam.* *quicquam* etiam Par. 5. *in rebus.* *in* omitt. etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. Camp.

et illa. *alia*, omisso *et*, Jens. cum posterr. ante Ald., accedl. Bad. *et alia* Cerv. Sich. Colin. Codd. nihil videntur variare. *alia inscripta.* *et al. inscr.* Jens. cum posterr. ante Sich. *in scripto* Turic. a. sec. m. Camp.

§. 38. *aeque quaer.* *aeque* om. Camp. *subjicit.* *subjecit* utroque loco est in Par. omnibus, Camp. et nostris codd., qui silentur. *dicit.* *dicet* Amb. 1. *sustul.* *se sust.* Jens. et posterr. ante Gryph., cod. nullo auctore. *Scripto, quatuor.* *dividit* inserit (neque tamen priore *div.* omisso) Turic.

quaestionem. *quaestiones* Jens. et posterr. ante Bad. *conjecturae.* *conjecturam* etiam Camp.

§. 39. *etiam alia.* *etiam illa* Amb. 1. *in duos.* *in duo* Bad. e Vallensi.

§. 40. *iis placuit.* *his plac.* Flor. Amb. 1. Guelf. Sich.

§. 41. *Succedentium.* *Succid.* Amb. 2. cum Voss. 3. *ex templo.* *exemplo* Turic. a pr. m. *de templo* Camp. Andr. *furatus est.* *surripuit* iidem. *factum esse cert.* *fact. est et cert.* Camp.

§. 42. *quantitas.* *quantitatis* Jens. et posterr. ante Ald. *definitio.* *diffin.* Guelf. Goth. Camp. Jens. et post. ante Ald. *translationis.* Turic. a pr. m. *translationem.*

§. 43. *quin et.* *quin etiam* Jens. et post. ante Sich. *quoniam et* Camp. *syllogismus.* *syllogismos* Turic. a pr. m. Amb. 1. 2. Voss. 3. Bern. *Quid senserit.* *Quod sens.* Goth. Camp. *necesse sit.* *nec. est* Camp. *intell. esse dupl. d. c. i.* Goth. a sec. m. (prius erat *e. d. i.*) Jens. et post. ante Stoer.

§. 44. *quid sit?* *quale.* Flor. a pr. m. omitt. *sit.* *dicenda.* Ita etiam Par. 1. 5. Camp. *docenda* Par. 2. (Vall.) *Patrocles.* *Iatrocles* Amb. 2. Bern.

§. 45. *Sed quoniam.* *quoniam* omitt. Amb. 2. Guelf. *dicimur.* *dicimus* etiam Camp. *Virginio.* *Verginio.* Turic. Flor. Amb. 2.

§. 46. *dicuntur.* *ducuntur* Flor. Joann. Camp. Andr. Obr. fort. Amb. 1. *vel voluntatis.* *voluntas* (om. *vel*) Camp. *accipimus.* *accepimus* Flor. Amb. 1. 2. Guelf. Goth. *cum placuerit.* Ita etiam Flor. Camp. fort. Amb. 1. *placuerit*, omisso *cum*, Amb. 2. Par. 1. 2. 3.

§. 47. *παρορμητικὴν.* Ita etiam Amb. 1. Camp. (nisi quod hic permutat *παρορμ.* et *προτρεπτ.*) *parhormeticen* etiam Flor. Amb. 2. *qui suasoriae.* *quia* Jens. et posterr. ante Bad. *qua conject.* *quae* conj. Camp. Turic. *significare* Camp. *ex his.* *ex iis* Jens. et posterr. ante Sich., exc. Tarv. *apparet.* *appareat* Jens. cum post. ante Sich. omn. *usus.* *usi* Camp. cum Bodl. Andr. Ald. *Nam.* *non* est etiam in Camp. *nominibus.* *omnibus* Amb. 1. a sec. m.

§. 48. *translat. esse.* *esse* omitt. Jens. Loc. Bad. Cerv. Colin., codice nullo auctore. *existiment.* *existimant* Amb. 1. Goth. *Caecilius.* *Celius* Camp.

§. 49. *suasoriae.* *suasoria* Turic. a sec. m. Guelf. Camp. *ad hoc.* *ad haec* etiam Amb. 1. Par. 1. Camp. *ut* omitt. etiam Flor. Amb. 1. Par. 1. Camp. *sit? Quale.* Ita, omisso *quid*, etiam Flor. Amb. 1. Par. 1. Camp. *putet.* *putat* iidem cum Amb. 2., qui praeterea eadem omittit, quae in Bern. desiderantur. [Phil. Buttmanni conjecturam *etiamsi* verissimam habebit, qui ad juncturam verborum et sequens *tamen* attenderit. Ceterum *ut* delendum videtur et *putat* restituendum, ut fides librorum servetur, re quidem ipsa perinde est.] *quo dicit.* *quod dic.* Turic. Flor. Alm. Camp. *quando dicit* Goth. Voss. 2. Par. 1. Jens. et posterr. ante Gryph., exc. Ald. Sich. [Cf. Spalding. praef. Vol. I pag. LXXXV.] *non furtum.* *furtum non* Amb. 1. *injuriam.* *injuria* Camp.

§. 51. *quinque.* *quidque* Flor. a pr. m. Turic. *putat.* *putant* Turic. Flor. a pr. m. Alm. (Voss. 1. 3. item, ut videtur) Camp. *quoniam.* Camp. *quando.*

§. 52. *significavi.* *signavi* etiam Par. 1. 2.; in nostris omnibus videtur esse recepta. *jus agendi.* *vis ag.* Jens. et post. ante Bad., qui receptam dedit e Vall. *ista.* *ita* Jens. Tarv. Loc. Ven.

§. 53. *γένεσιν.* *et γέν.* Camp. *quantitatem, quam.* *q. suam q.* Camp. *ad hoc.* *ab hoc* etiam Par. 2. 3. *ab huc* Flor. a pr. m. *ob hoc* Flor. a sec. m. Par. 1. *adhuc* Turic. (alt. coll.) Amb. 1. Camp. *μετάστασις.* *μετασις* Flor. a. pr. m. Turic. Amb. 2. Goth. *μετάθεσις* Flor. a sec. m. *inquam.* Hoc primus in textu posuit Sich.; Jens. et posterr. ante Bad., ut codicum scripturam *tanquam* (ita etiam Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. 2. 3. Camp.) explicarent, pro *alioqui* dederunt *alio, qui,* et ante *usitatum* inseruerunt *ponitur.* [Cf. Spalding. praef. Vol. I p. LXXXV.] *juridiciales.* *judiciales* Camp. *juridicialis* est etiam in Turic., et videtur in Argent. fuisse.

§. 54. *quantitas.* *qualitas* etiam Flor. Amb. 1. Camp. *tribus illis.* *ill. trib.* Jens. et posterr. ante Gryph.

rationalibus. rationibus Amb. 2. Camp. cum Voss. 1. Bern. *rationabilibus* Goth.

§. 55. *ratio est. est rat.* Guelf. *ut stat. et stat.* Turic. Flor. a pr. m. Obr. fort. Amb. 1. *appellarent. appellarunt* Turic. a sec. m. Obr. fort. Amb. 1. *appellarentur* Voss. 2. Bad. (haud dubie e Vall.) Cerv. Colin. *in illis. ut illis* Turic. a pr. m. Flor. *ut in illis* Turic. a sec. m. Camp. Obr. fort. Amb. 1.

§. 56. *Hermag. solus. sol. Herm.* Obr., non addit. Amb. 1. *Herm. solum* Jens. et post. ante Colin., cod. nullus. *accidentia. accedentia* Turic. Flor. Amb. 2. Bern. *συμβεβηκότα. συμβεβηκὸς* etiam Turic. Flor. Amb. 1. 2. Par. 1. Camp.

§. 12. *purganda* etiam in Flor. ex correctione, ac videtur in Amb. 1. fuisse, ex quo nihil enotatur.

§. 12. *est unum.* Omittunt *an* etiam Flor. et Amb. 1. Iidem post *iam* pro *an*, *iure* (Amb. 1. quidem a sec. manu super versum) pro *in re*, denique *si scripto* pro *si in scripto.* *an de volunt.* Flor. *ac de vol.* Ex Amb. 1. nihil ab Obrecht. lectione diversum notatur.

§. 14. *Ut Pater.* Flor. *ut putam*, Amb. 1. *ut puta*, quod verum videtur quia *patris* notio facile suppletur. *propinquae* etiam Amb. 1., Flor. siletur. Paris. 1. 2. retinent *propinqui.* *ducere.* Item Amb. 1. et Flor. *deducere.*

§. 15. *circa quae.* Amb. 1. *circa quod.* Flor. siletur.

§. 16. *ordinandum.* Amb. 1. *aestimandum.* *non idem.* Amb. 1. *non quidem* (sed prius fortasse *idem*). *quodque.* Amb. 1. et Flor. *quod.* *concessi aliquando.* Amb. 1. interponit *posse.*

§. 17. *semper crescere.* *percrescere* Paris. 1. Flor. Amb. 1.

§. 18. *conflictionibus* etiam Flor. et fort. Amb. 1. *spectant.* Flor. *spectat.* Amb. 1. siletur. *Ideoque.* Optime Amb. 1. *ideo quod.*

§. 20. *tractavimus remittere.* Flor. et Amb. 1. interponunt *eam.* *materia.* Flor. Amb. 1. *natura.*

§. 21. *ut id.* Amb. 1. Flor. *ut cum id.* Iidem post pro *remittat et ad* exhibent *remittat illud et ad.* Flor. tamen *ad* omittit. *paruerit ut.* Etiam Flor. Amb. 1. omittunt *et.* Verba *et ut propter optionem* etiam a Flor. et Amb. 1. absunt, qui item bis *opinionem.* *juris quaestionum.* Paris. 1. Flor. Amb. 1. *quaestionis.*

§. 22. *Te* semel tantum habent Amb. 1. et Flor. *potest.* Flor. *possunt.*

§. 23. *praecipue ut vel ab.* Amb. 1. et Flor. *praecipere ut ab.* *quaererem usque.* Flor. *quaeremus quae*, item *descendere* ambo.

§. 24. *Similiter in.* Sic omisso *et* etiam Amb. 1. et Paris. 1. 2. *optaverit.* Amb. 1. *optarit.* *habentis* item Amb. 1. et Flor. *habentes* Paris. 1.

§. 25. *quod est ultra, si.* Paris. 1. Amb. 1. Flor. *ne ultra sit.* *si nihil.* Paris. 1. 2. Flor. Amb. 1. omittunt *si.*

§. 26. *volumus* item Flor. Paris. 1. 2. sed ex Amb. 1. nihil notatur. [Confer etiam Spalding. praef. Vol. III pag. X extr.]

§. 27. *Ita.* Amb. 1. *itaque.*

§. 28. *Commune Tyr.* Ambo *communem.* *virum tamen.* Ambo *virum* omittunt.

§. 29. *ad redimendum eum.* Ambo *ad redemtionem ejus.* *is* omittit Flor.

§. 30. *ipsi perseverarunt.* Flor. *ipsae perseveraverunt.* *quae conveniunt.* Flor. *qui.* Amb. 1. *quid*, uterque *convenit.* *praedicta.* Ita etiam Paris. 1. et Amb. 1., Flor. *prodicta* bis. *clam. et.* Amb. 1. *claret*, Flor. *daret.*

§. 31. *occupavit — ipsae.* Sic Flor. et Amb. 1. *materia ut.* Abest *ut* etiam ab utroque. *superesset.* Amb. 1. Flor. *superesse.*

§. 32. *ut in.* Abest ab utroque *in*, etiam *ut* a sec. man. in Amb. 1. expunctum est. *obstitit.* Ambo *obsistit.*

§. 33. *Quis inimicus.* Amb. 1. *cum sis inimicus.*

§. 34. *dici potest.* Sic etiam Amb. 1. et Flor. at Paris. 1. *dicitur.* *si non potest.* Optime Amb. 1. *sed non potest.* *voluntate igitur.* Omittitur *igitur* in utroque.

§. 35. *id* omittitur (etiam in Paris. 1.), *attingenda* scribitur in utroque ut in Turic.

§. 37. *adjicietur* ambo, et Paris. 1. 2.

§. 38. *a possessore.* Flor. *a possessione*, correctum a sec. man. *possessore.* Amb. 1. *possessororc* (sic). Paris. 1. 2. *possessore.*

§. 41. *nihil vitare ea quae in oculos.* Flor. *vitare aquae in oculis.* Paris. 1. 2. *vitare ac quae.* Amb. 1. *vitare quae.* Ambo post *exquirendum.* Obrecht. edidit *Alii nihil invita re, ea quae. exquirenda putant.* [Locus nondum sanatus est: conjecit aliquis *alii nihil nisi fere quae in oculos incurrunt exquirendum putant*, sed mihi non satisfecit.] *non ita sane difficillimam* Paris. 1. 2. Flor. Amb. 1. quod cur tam contemptim abjecerit Spaldingius non intelligo.

§. 42. Etiam Flor. a pr. manu omisit *Reo proditionis patri disertus filius affuit*, sed suppleta sunt in margine. *totum sibi vindicat.* Amb. 1. *totam vindicat sibi*; etiam Flor. *totam.*

§. 43. *pro forti.* Flor. Amb. 1. videntur et ipsi *pro viro forti* exhibere, habet etiam *viro* Paris. 1., omittit *viro* Paris. 2.

§. 44. *trahunt* etiam Flor. et Amb. 1. *si fieri potuerit.* Amb. 1. tamen et Flor. videntur *poterit* dare. Paris. 1. *potuerit.*

§. 45. *quod non.* Sic etiam Flor. et Amb. 1. *avarum.* Omittunt ante hanc vocem *non* etiam Flor. Amb. 1. item Paris. 1.

§. 47. *quid tam.* Interponit *huic* Paris. 1. et fortasse etiam Flor. et Amb. 1. *necessaria* item Flor. et Amb. 1.

§. 48. *dicemus* etiam Paris. 1. 2. Flor. Amb. 1.

§. 49. *in aliqua parte.* *aliquam partem* etiam Flor. Amb. 1. *sed enim.* Amb. 1. et Flor. *sed hoc.*

§. 50. *Filius et infans et aeger non affuit.* Amb. 1. Flor. Paris. 1. *et infans. filius enim est et non affuit.* *posset aliquis.* *Possit* edid. Obrecht., de Amb. 1. siletur, Flor. *possunt* (a sec. manu *posset*) *aliquid.*

§. 51. Absunt etiam ab Amb. 1. Flor. Paris. 1. 2. verba *nec aeger cras — nec in leg. fuisti.*

§. 52. *dicit* etiam Flor. et Amb. 1., item Paris. 1. 2.

§. 53. *contra quae.* Amb. 1. *contra quod.* *in causa* item Amb. et Flor. *domui* etiam Flor. et procul dubio Amb. *conjecturalia.* Amb. *conjectura alia.* *tale* omissum videtur in Amb., nihil enim enotatur.

§. 54. *quo id modo fiat.* Ambo nostri cum Turic. faciunt. Item *illo* omittunt. Paris. 1. *spec. illo gen.* *dictum non est.* Item sic Amb. 1. Flor.

§. 55. *et sic.* Ambo *et si,* alt. man. Amb. correxit *sic.* *num cuicunque.* Flor. *non cumque* supra scripto *cui.* Amb. tantum *non*, de reliquo nihil notatum. *eam quae.* Sic Flor. *ea quae* Paris. 1. Ex Amb. nihil (Obr. *eum qui*).

§. 57. *controversiae.* Amb. 1. *controversia.* *rusticus in utraque parte.* Flor. *scholastica.* Amb. Paris. 1. 2. *scholasticus*, Amb. etiam *in utramque partem.*

§. 58. *ab advocat.* Abest praepos. ab Amb. *a vocatione* Flor. *rusticum innocenti.* Flor. *innocentum*, Amb. siletur.

§. 59. *etiam non restituto.* Flor. et Amb. *non* et ipsi omittunt. *qui id.* Flor. *quod.* Amb. *qui* sine *id.* Tum Amb. sic: *nam ut genus sequitur, ita genus speciem praecedit.*

§. 60. *atque collectiva.* Amb. *seu coll.* *judicii stet.* Sic Paris. 1. 2. dicuntur exhibere. Flor. ut Turic. *iudici iste et.* Sed Amb. videtur *sit* habere. Flor. et Amb. bis *proinde* pro *perinde.*

§. 61. *venimus* omnes.

§. 62. *aequitatis est.* Flor. Amb. *aetatis,* nihil Pottier. de Pariss. nisi quod in Par. 1. *est* esse dicit. *Est* item in Flor. Sed Amb. nec *est* nec *sunt* habet, quod rem conficit. *habet*

magnum mom. De ordine verbb. nihil ex Amb., Flor. ut Turic. *quae alt.* Etiam Flor. et Amb. ignorant *quae.*

§. 64. *de gener.* Flor. Amb. *in gener.* *quae in quemque.* Sic Amb. et Flor. At Paris. 1. 2. *quae in quem.* *ab hoc.* Sic Flor. Amb. Paris. 1. 2.

Cap. II.

Sine distinctione in Amb. et Flor.

§. 1. *et quae continentur* abest etiam a Flor. et Amb.

§. 2. *quid fiat.* Flor. et Amb. item *quid fit.*

§. 3. *nam et quae.* Omittitur *et* in Flor. et Amb.

§. 4. *illud quod,* item *haec* Flor. et Amb. *quis sit.* Amb. *qui sit.* *Urbiniae.* Ambo *Urbinae,* ut etiam IV, 1, 11. *si is qui.* Flor. a pr. m. *si quis,* ex Amb. nihil notatur [nec videtur *si* a judiciali more *si paret* abhorrere.]

§. 5. *sed quis sit.* Flor. *sed quod sit.* Paris. 1. 2. *sed quid sit.* Amb. autem recte *sed qui sit.* *Clusinius.* Flor. *Clusinus.*

§. 7. *Peloponnesium.* Flor. *peloponnensium.* Amb. *peloponensium,* uno *n.* *in iis.* Amb. *in his.*

§. 9. *et quod.* Amb. *et hoc quod.* *cum in certam.* Amb. et Flor. omittunt *in.* *vitam* interponunt etiam Paris. 1. 2. Flor. et Amb. ex quo fecit Obrechtius *invitam.* *qui periit.* Flor. Amb. *qui petit.*

§. 11. Verba *utrumque* et *non* omittunt etiam Flor. et Amb.

§. 12. *Nam ut.* Deest *ut* in ambobus nostris, item *ab* ante *advers.* *everso quo defendimur* ambo, sed Flor. a sec. manu, cum a priore fuisset *quod defendere.*

§. 14. *labor an otium.* Amb. *laborantium.*

§. 15. *de reo.* Flor. Amb. *de re.* *convertit* item ambo.

§. 16. *autem prius.* Amb. interponit *semper.* *ducuntur.* Amb. *ducentur* et mox *quaestione.*

§. 17. *utendum est.* Flor. *aūdū* sicut Turic. in marg. *sumendum.* Amb. *autduē,* quod nihil est aliud nisi *utendum est,* cum littera *a* ex praegresso vocabulo adhaeserit. [Sed fortasse

scribendum *utendum enim est his exemplis*, quoniam *et* sane habet quod offendat.]

§. 18. *Manifestum. est* omitt. etiam in Flor. Amb. Paris. 1. 2. *quae si veneni fuit nulla*. Adsunt haec verba in Flor. Amb. *cujus*. Flor. fort. Amb. *utique enim*. Item sic Flor. Amb. *utique enim hoc* Paris. 1. dicitur exhibere.

§. 19. *de uno reo*. Omitt. *enim* Paris. 1. Flor. sed Amb. siletur, fortasse incuria. *etiam* in utroque. *prae-ferre*. Amb. *perferre*, quod verum est.

§. 20. In Flor. et Amb. *seorsum* non est, sed *utrum* et *an*, nec quidquam de *pronuntiatur*: itaque sic in iis inventum fuisse videtur: *sed in judicio quoque nihil interest actionum, utrum simul de utroque pronuntietur, an etiamsi de uno fertur*. [Ex quo conjicio ceteris servatis *an sententia de uno feratur*. Nam in Spaldingiana scriptura nimis multa offendunt, quae ad ipsam sententiam et fori consuetudinem pertineant.] Paris. 2. *pronuntiatur*, 1. *pronuntietur*.

§. 21. *postremo*. Flor. *postremum*, sic etiam Obrecht. nec quidquam ab ejus scriptura varietatis ex Amb. notatum. Verba *at qui dicit Tu occidisti* absunt ab omnibus codd.

§. 22. *ut Cicero*. Abest *ut* ab Amb. *cum persona*. In Amb. fuit litura, supra quam *persona enim*. *comparetur*. Flor. Amb. *compararetur*. *potuerit*. Amb. *poterit* et fort. Flor., Pottier. ut solet auctoritates exaequat, alterum ex Paris. 2., alterum ex 1. laudando.

§. 23. *Sive*. Flor. *ut sive*. Amb. *et sive*; quod verum videtur. *quam in iis*. Amb. *his*.

§. 24. *Arpiniani* etiam Flor. Amb.; item ambo *praeci-pitata*. *equidem*. Amb. prorsus *et quidem*. Flor. a pr. m. *et quaedam*, ab altera *equidem*. Addit huic etiam suum Par. 1. Pottier.

§. 25. *se negaret*. Flor. *semper neg*. sed Amb. verum sine correctione affert *se pernegaret*.

§. 26. *ne rog. ut eis*. Amb. *a se rog. ut ei serviret*, bene, nam quod *se* dicit Pollio, intelligendum de sua parte.

§. 27. *a praet*. Deest *a* in Amb. Flor.

§. 28. *est judic.* Flor. *iudic. est.*

§. 29. *potuerit.* Amb. et fort. Flor. *poterit.* At illud dicitur esse in Paris. 1. 2. *non solum dissimilia.* Amb. *non sol. et diss.*

§. 30. *hac invidia.* Amb. et Flor. *haec,* tum Amb. *posset,* ambo *propositione* pro *propositio est.* Sic etiam et praeterea *contra qua* Paris. 1. 2.

§. 31. *indignum.* Flor. Amb. *ingenuum* (non *ingenium*).

§. 32. *dignitas personae tuetur* ediderat Obrecht. non addicente ullo libro. *perinde.* Flor. *proinde.*

§. 33. *non aliq.* Sic Amb. sed Flor. omittit *non.* [Juvenalis locum Spaldingius in praef. Vol. III p. XI alienum ab hoc loco censet.] *per ἐγκαίνια.* Amb. *pro encenia.*

§. 35. Nihil in codd. nostris de *ut,* quod Spald. jure videtur postulare.

§. 36. *in omnibus aliis.* Amb. *in* quoque omittit, optime.

§. 37. *ignotam reo.* Flor. interponit *pro,* non Amb., certe siletur. Post *possunt* in Amb. adjicitur nota ħ, quam vir doctus qui librum ms. cum Obrechtiano contulit explicat *autem,* laudato Walteri Lexico diplomat. col. 149 lin. 1. *dicitur.* Flor. Amb. *dicetur.*

§. 39. *frequenter.* Sic etiam Flor. Amb. *an in nullo.* Amb. Flor. *an ullum,* postea *an hoc.* Paris. 1. *aut nullum — aut hoc.* *sicut pleraque.* Ambo nostri *plerumque,* Amb. praeterea *si sit.*

§. 41. *nunquam* unus Flor. *ut in furtis.* Sic Flor. et fort. Amb. neque enim verum est quod Spald. scribit, Obrechtium et *ut* et *in* omisisse; habet utrumque.

§. 42. *reum sperare.* Amb. *sperasse,* quod ipsum Spaldingius postulaverat.

§. 45. *utique.* Amb. *itaque.*

§. 46. *insequentis.* Sic Flor. Amb.

§. 47. Verba *nocent et minus* absunt item a Flor. et Amb.

§. 48. *est dubia.* Item ab utroque abest *est.* *nobis nocent* ambo.

§. 49. *cavete tyrannidem.* Amb. et Flor. *caveto* ambo item, sed Flor. in marg. *tyrannicidam.*

§. 50. *factaque nostra.* Ex Amb. nihil notatum, Flor. *nraria,* Paris. 1. 2. *nostraria.* *maxime.* Flor. Amb. *maximo.* *an illum.* Flor. Amb. *ullum.* *vel huic.* Flor. *vel hunc.* [Verba extrema *vel furem* Schützio in dissertatiuncula supra indicata delenda videntur. Quidni videantur?]

§. 51. *duae quaestiones.* Flor. item omittit *sunt*, ut reliqui. Sed ex Amb. nihil diversum ab Obrechtiana scriptura *duae sunt quaestiones* notatur. *nunquam* omnes, i. e. Flor. Amb., (qui hic solus est) Paris. 1. 2.

§. 52. *incerti adulterii.* Flor. Amb. *incerto*, Amb. etiam superscripta extrema littera *adulterio.* *pecunia cujus.* Sic Amb.

§. 55. *si quando.* Flor. Amb. *aliquando.* iidem *facilitatem.*

§. 56. *quam dicere.* Nihil opis in nostris libris.

Cap. III.

DE FINITIONE (Flor. Amb.)

§. 1. *objiciatur — pluribus.* Item Flor. Amb. 1. Paris. 1. 2. *iisdem.* Amb. Flor. *idem.* *depositum.* Amb. et Flor. a pr. manu *initiatio*, a sec. Flor. *mutuatio.*

§. 2. Verba *hoc dementem esse* absunt ab omnibus. Tum Flor. Amb. *remp. verbis laedere*, sed extrema verba in hoc lineola infra notata sunt. *igitur est.* Abest *est* a Flor. Amb.

§. 4. *orationi pluribus.* Abest *in* ab Amb.; sed de Flor. nihil notatur.

§. 8. *multos auctores.* Sic Paris. 1. 2. Amb., siletur Flor. Sed *enim* abest ab omnibus. *neganti* Amb. *negando* Flor. *quod* pro *quid* item Amb. *eandem tres.* Sic Flor. nisi quod *tris.* Ex Amb. nihil ab Obr. lectione *in eandem* diversum notatur.

§. 9. *convenit sic* cet. Flor. *convenit suum quaerere an si sit ut in adulterium.* Amb. item *suum — hoc sit ut in.* [Fortasse *solum quaerere, an hoc sit, ut an adulterium in*

lupanari.] Tum Amb. *quaeritur hoc an hoc furtum an sacrileg.* Flor. *quaeritur an hoc furtum an sacrilegium.* [Amb. scripturam veram existimo, nimirum: *quaeritur, hoc an hoc*, (supple *sit, verbi causa*) *furtum an sacrilegium.*] Verbum *necesse* in Flor. et Amb. non legitur.

§. 10. *et hoc eodem.* Amb. Flor. *et hoc et hoc eodem* habent. Amb. item *habet.* *num et priv.* Amb. *an*, Flor. a pr. m. *nam*, a sec. *num.* *et in lup.* Amb. omittit *in.* *an etiam in.* Flor. sine *in*, Amb. videtur *et* praeferre, nam qui contulit notavit pro *et* esse *etiam*, at in Obrecht. est *etiam.*

§. 11. *perinde.* Flor. et Amb. *proinde.* *haec atque illa.* Flor. *haec autem atque illa*, Amb. *haec autem illa.*

§. 12. *finitionum.* Amb. Flor. *divisionum.* Tum ambo: *sentient non isdem* (Amb. *hisdem*) *verbis comprehendat*, Amb. pro *quidam* habet *quidem*, quapropter scribendum videtur: *Est et talis finitionum diversitas, ut idem sentiant, non iisdem verbis comprehendant.* *si sensu.* Flor. et Amb. *si officii sensu.* Item ambo *pugnant* pro olim vulgato *pugnent*, et *dissentiunt* pro *dissentiant.*

§. 13. *verbis ut quid* cet. Flor. sic: *verbis quid sunt clarigatio erat ut interim notis nomine videbis quod sit.* Amb. *verbis ut quid sunt clarigatio erct; cit; interim notis nomine videbis quid sit.* [Apparet igitur, emendationem Obrechti *proletarius* a fide veteribus libris debita longe recedere, mihi quidem *clarigatio creti citi* legendum videtur, nam fuisse etiam clarigationem quandam judicialem in dividenda hereditate significat Servius ad Virg. Aen. IX, 43 et X, 14.] *efficit.* Flor. ut Turic. *efficiat*, ex Amb. nihil notatum nisi post eum exhibere *subicerent* pro *subjecerint.*

§. 14. *per argumenta.* In Flor. et Amb. deest *per.* *constrictum vinculis.* Ambo omittunt *in*, item mox ignorant *habeat* et *et.* *vel tacere.* Amb. unde principium corruptelae orsum est *vel cacere*, inde secunda manus addito *r* fecit *carcere*, Flor. addidit etiam *in*, ut esset *in carcere.*

§. 15. *est, qui.* Abest *qui* a Flor. et Amb. *devinctus.* Flor. *devictus*, sed ex Amb. nihil notatur.

§. 16. *quid enim.* Sic Flor. Paris. 1. 2. sed Amb. *quid est enim vulgo universos et latiore* cet. [Pertinere hoc eo videtur, quod illo loco Cicero antea dixerat *vulgo*, *passim*, ut jam haec altera definitio ejusdem verbi videri possit. Schützius tamen in dissert. scribendum censet *et uno modo* pro *nec uno modo.*] *est enim certe.* Flor. Amb. omittunt *enim.* Flor. etiam *certa.*

§. 17. *uno verbo.* Sic Flor. et (secundum Obrecht.) Amb. *recuperatores.* Ambo *reciperatores.* *certo statu.* Sic etiam Flor. et Amb.

§. 18. *Is enim.* Sic Flor. Amb. Paris. 1. 2. *et brevi.* Abest *et* a Flor. et Amb. recte.

§. 19. *ut in rem fin.* Omittunt *rem* Flor. et Amb.

§. 20. *nobis ipsi* item Flor. Amb. non Par. 1. *poterunt.* Flor. Amb. *poterint.*

§. 22. *manifesta.* Adjicit *est* Amb. Verba inter utrumque *surripere* absunt etiam a Flor. et Amb.

§. 24. *aliquid sacri. Dicit.* Flor. et Amb. a pr. manu *sacris*, ab altera factum est *sacri sed.*

§. 25. *nonnunquam etiam.* Flor. Amb. *et.* Vox *etymologia* Graece scribitur in Amb. et prius quidem *ετυμολογιαι.*

§. 26. *adjuvetur.* Flor. Amb. *adjuvatur.*

§. 27. *cum servitutem.* Etenim Flor. *servitute*, sed ex Amb. nihil notatur. *et differentia quae libro quinto.* Sic Amb., Flor. a pr. manu *et diff. quae libroque*, nec aliter videtur Obrecht. in Argentor. invenisse, qui ediderit *propria differentiaque liberorum*, *quae leviter* cet. *fit libertinus* Amb. et fort. Flor. sed postea ambo *est* ante *ingenuus* omittunt. *domino non.* Quod vulgo interponitur *libertatem* omittunt Flor. Paris. 1. 2. sed ex Amb. nihil ea de re notatum, ut adesse videatur. *quae nemo.* Flor. Amb. *quod.*

§. 28. *autem est.* Ordinem verbb. invertunt Flor. Amb. *amor insan.* Omittit etiam Amb. *an.* *finitionis.* Amb. Flor. *finitiones.*

§. 29. *concedatis* etiam Flor. Amb.

§. 30. *An amat.* Spaldingius in praef. Vol. III p. XI *an* tolli jubet, quia sequatur *necne.*

§. 31. *tumulo quem.* Flor. *quid,* Amb. *quod.*

§. 32. *rei est.* Amb. *reum,* sine *est.* *necesse esset.* Amb. *est.* *accusatori sat est.* Etiam Flor. a pr. manu ut Turic. non Amb. *factum.* Flor. Amb. item *actum.*

§. 33. *cui* abest a Flor. et Amb. Item ambo *aut amicum accesserit,* ut non verum esse videatur quod Burmann. tradit in Almelov. esse *accedat.*

§. 34. *praeter malum.* Flor. *propter* a pr. man., ab altera *praeter.* Sed *manum* videtur et hic et Amb. tueri, ex quo nihil diversum ab Obrecht. scriptura *praeter manum* notatur. Paris. 2. *malum,* 1. *manum.* Equidem quid sit *praeter malum* non intelligo nisi forte *praeter malam mentem;* sed *praeter manum* interpretor *praeter vim,* quam dicit tamen in homicidio maxime spectandam esse.

§. 36. *sed etiam.* Sic Paris. 1., sed Amb. et Flor. silentur ut exhibere videantur *sed hic etiam,* deinde hi ambo cum Almelov. *finitiva.* Et videtur hoc defendi posse. *forte quidem* et Amb. Flor. iidem *et* post *sed* omittunt.

Cap. IV.

DE QVALITATE (Flor. Amb. 1.)

§. 1. *sol an.* Flor. Amb. interponunt *et.*

§. 2. *suasoriis tractari.* Sic Paris. 2. et fort. Amb. sed interponunt *aliquando* Par. 1. et fort. Flor. certe siletur hic.

quanta in ea. Flor. ut Turicensis, Amb. et hoc *in* omittit. *quod illic* etiam Flor. Amb.

§. 3. *igitur primum.* Flor. Amb. omittunt *primum,* in Amb. litura est, fuit fortasse *igitur,* nunc est *agitur,* Flor. a pr. manu *egitur,* supra *agitur.* Pariss. silentur, uti fieri solet, ubi quid ex iis scire velis, ingeruntur contra, ubi nil opus est.

§. 4. *qua ipsum.* Amb. *ex qua et ipsum* lineola notatum. *partem hanc.* Flor. *hanc partem.*

§. 5. *Sed enim.* Nihil variant codices.

§. 6. *Hic sunt.* Sic etiam Flor. sed Amb. id ipsum quod Spald. voluerat *hinc* exhibet. *talia.* Amb. *alia.* *par verum* Flor. et Amb. sed hic cum lineola infra *perversum.* *talio.* Amb. *talia,* ex Flor. nihil. *adversum* tuentur ambo. *injusti.* Ambo *injuste*, sed Amb. cum lineola in fine.

§. 7. *κατ' ἀντίθεσιν.* Sic prorsus Flor. *καταντιεσιν* Amb. *transferunt* Amb. et sine dubio Flor.

§. 8. *exectus.* Amb. Flor. *excaecatus*, ita ut diphthongus *ae* aut e cum unco, aut simplici e scribatur, sed tamen constat quid voluerint.

§. 9. *ex aliqua.* Flor. Amb. item *in aliqua.* *extrario* iidem tuentur.

§. 10. *filiis pater.* Amb. *filius patri.* Flor. *in filiis patrum iudicio.* *et patri filius*, pro iis verbis Amb. et Flor. *filio.*

§. 12. *Numantinum.* Amb. *Numantium.* *Romanus* abest ab Amb. et Flor.

§. 13. *ipsam neque.* Amb. *ipsa nec*, Flor. quoque *ipsa.* *videtur.* ambo *videntur.*

§. 14. *Exclusis quoque his.* Flor. *quoque exclusis his.* Amb. omnia sanat: *hinc quoque exclusis.* *esse cum.* item Amb. Flor., porro iidem *et dicit.*

§. 15. *dicitur fieri.* Amb. Flor. *fieri solet,* Alm. *tueri solet.*

§. 16. *πηλικότητα.* Amb. *πηνκοτητα.* *eadem appell.* Amb. *appell. una.*

§. 17. *ubicunque juris.* Interponitur *si* in Amb. et Flor.

§. 18. *valet.* Amb. Flor. *valent.* *in vita praecedere.* Amb. Flor. a pr. manu *vitia praecedes.*

§. 20. *reus hic totius summam constituit si.* Amb. nec ab eo nisi in levioribus diversus Flor. *rei totius hic summa constituta.* *Jam vero si non,* sed lineola notatum est *jam.* Post in verbis *nam omnis hic quaestio* Amb. *non* pro *nam,* Flor. post *hic* adjicit *erit.* Cum prior pars haud dubie secundum Amb. verissima sit, etiam quae sequuntur sic corrigenda videntur: *an vero si exheredatum a se filium pater testatus fuerit elogio*

propterea quod cet. — *non omnis hic erit quaestio* cet. Isto *non* post *si* quid faciam nescio, nisi forte sic velis: *si non exheredatum — testatus fuerit elogio, nisi propterea* cet. *sunt actiones.* Amb. Flor. *sint actionis.* Tum deest *nos* in utroque.

§. 22. *pace; cum.* Item Flor. Amb. omittunt *an. habetur.* Ambo *habent.* *gratia.* Amb. a manu sec. lineolam induxit, ut esset *gratiam.*

§. 23. *quam rem.* Amb. Flor. *in quam rem.* *maxima.* Amb. *maximam* et deinde *operam.*

§. 24. *valent. Nam.* Amb. *valenti Iam.* Flor *iam. eloquentiae.* Amb. Flor. item *eloquentia.* *Virg.* Amb. *Verginius.*

§. 25. *juris quaest.* Amb. et Flor. item *juris leges plerumq. quaest.* Tum ambo *et ex quibus causae non fiat status.*

§. 26. *non poterit.* Ex Amb. et Flor. nihil de omisso *non.* Sed in verbis *actio non detur* omittunt *non.* De *quot* neque ex Amb. (*quod*) neque ex Flor. (*quot*) quicquam notatur. [Schützius in dissert. saepius jam indicata etiam hunc locum sibi emaculandum sumpsit p. 27. Sed nulla codicum mss. ratione habita mutando, transponendo, addendo tam audacter grassatur, ut pigeat describere.]

§. 27. *altera velut.* Nec Amb. Flor. interponunt *imperfecti.* *summissam.* Item ambo *summissa — composita.*

§. 28. *patres figura laedunt.* Amb. Flor. *patris figura laeduntur.* *alio libro.* Mirum quod varietas nulla ex Amb. (*alio loco*) notatur, Flor. interponit *in.* Deinde *tractavimus* uterque.

§. 29. *nam et ipsae.* Ex Amb. nihil (*ipsae*), Flor. *ipsam.* Verba a Regio addita nec in Flor. leguntur, sed ex Amb. nihil notatur.

§. 30. *obstare.* Nihil ex utroque.

§. 33. *divinationes.* Flor. *divinationis,* ex Amb. nihil (*divinationes*). *accusabat.* Flor. *defendebant,* item Amb. sed additis verbis quibusdam lineola notatis *accusabat contra eos qui eum defendebant.* *velint hi.* Hic quidem Amb., quod notandum, *ii.*

§. 34. *aut vir.* Flor. Amb. *an.*

§. 35. *fides praestari.* Flor. Amb. *fidem praestare,* sed in Amb. a pr. m. *fide*, lineola quae *m* litteram significet, ab altera. *eventus.* Amb. *eventum.* *quae* sicut in Tur. interponitur etiam in Flor. et fort. Amb. sed pro *etiam* Obrechti Amb. habet *nam.*

§. 36. *scripti* etiam Flor. Amb. sed post *inscriptum* Flor. Vide Spalding. praef. Vol. IV pag. XI. *alii.* Flor. Amb. *aliae.* *ut in Hejo qui.* Flor. *at in eo.* Amb. prorsus ut nunc editur. [Schützius in diss. a. 1818 pag. 27: „Sine dubio legendum: *quoniam alii re nuntiata fiunt.* Sic Hejus Mamertinus, cujus e sacrario signa Verres abstulerat, tamen missus erat Romam legatus ad Verrem publice laudandum. Itaque fecit; publice laudavit Verrem; ita enim mandatum atque imperatum erat. Sed peracta hac laudatione non amplius legatum se putabat, sed *alius* factus, i. e. privatus, privatim ad judices confugit, dixitque se sacra majorum suorum a Verre repetere.“ Diremptionem verbi *renunciando* facile probaveris, cetera dubia, neque enim patet quo referatur *alii,* cum praecesserit singularis numerus. Fortasse *quoniam alienae res nuntiandae sunt.*]

§. 37. *mille.* Amb. *illae,* optime. *laeserit an non* etiam Amb. Flor.

§. 39. *voluntate* abest ab Amb. et Flor.

§. 40. *nec communes sunt earum.* Amb. optime *nec omnes earum.* *Flavum.* Flor. *Flavom.* Ex Amb. nihil notatur. (*Flavium* Obr.) *merito* abest ab Amb. Flor.

§. 41. *plerumque* priore loco abest ab Amb. sed legitur in Flor. sicut in Turic. mendose. Ordo verbb. qui apud Spaldingium, est etiam in Obrecht. edit. et codd. Flor. Amb. *eidem.* Flor. *item.*

§. 42. *in decem.* Sic Flor. sed Amb. *de decem*, sed *de* cum lineola infra ducta. *nec.* Ex Amb. (*non*) vel Flor. (*nec*) nihil varietatis notatur.

§. 43. *num pr.* Amb. *an.*

§. 44. *abstulerunt.* Amb. Flor. *abstulerint*, quod facile defenditur.

Cap. V.

DE IVRIDICIALI QVALITATE (Flor. Amb. 1.)

§. 1. *negabit.* Flor. *negavit*, sed Amb. siletur. *quae non semp.* Amb. et Flor. a pr. manu *ea non semper ut.*

§. 2. *Nam et* desunt in Amb. Flor. *praeturae.* Flor. a pr. m. ut Turic. sed Amb. *praetorum*, sed extremae litterae cum lineola. *et in ips.* Amb. *sed in ips.* quod confirmat Spaldingii hujus loci constitutionem. *contineretur.* Amb. *contineatur* cum lineola sub extremis litteris.

§. 3. *praescribit.* Tuetur hoc Amb. qui et cum Flor. *patri* omittit. *solo.* Etiam Flor. et Amb. *loco*, sed in hoc versata est correctio, ut verisimile fiat prius alterum illud fuisse. *bene sentiat.* Praemittit Amb. *judex*, opportune.

§. 4. *idem fit.* Amb. *idem sunt.* Scribe *iidem sunt.*

§. 5. *In scripto.* Quod Spald. volebat en praebet Amb. cum Flor. sicut Turic. *inscriptum.*

§. 6. *ejus.* Sic etiam Flor. et Amb. extr. *percurramus* Amb.

Cap. VI.

Cum titulo in Amb. et Flor. (ab alt. manu) *SCRIPTVM ET VOLVNTAS.*

§. 1. *controversi* item Amb., siletur Flor. *ubi.* Flor. Amb. *ibi.*

§. 2. *et*, item *aut* omittuntur in Amb., Flor. siletur.

§. 3. *fuit — est.* Mutatis locis etiam Amb. Flor. *est — fuit.* *natus et.* Amb. interponit *est.*

§. 4. *quod qui.* Amb. omitt. *qui*, Flor. *quod* solum, sed correctum *qui.*

§. 5. *in quo semper* cet. Amb. et Flor. sic: *in quo ipso patet semper id servari non posse.* *hinc.* Flor. Amb. *hic.* *num — num.* Utroque loco Amb. *non*, priore Florentinus.

§. 6. *Propter hoc proponunt.* In Amb. (item Alm.) deest *proponunt*, sed in marg. Amb. altera manu scriptum *vel proponunt.* Flor. siletur. *ascenderit.* Amb. *escenderit* et mox *escendissent.*

§. 7. *Ergo et aeq.* Amb. *Ergo aequitate* omisso *et.* Ab hoc inde loco Spaldingius variis lectionibus Flor. codicis ipse uti coepit, nos igitur unum Ambrosianum 1., sed longe optimum omnium, excerpere pergemus.

§. 10. *ante tutelae suae annos.* Amb. omittit *suae, rectissime,* nam quamquam *in suam tutelam venire* Cicero non eo tantum loco, quem Spaldingius indicavit, sed aliis etiam pluribus dixit, eaque locutio utique frequens est Ictis, hoc tamen dici non posse videtur *ante annos suae tutelae decedere* pro *antequam suae tutelae factus sit.* Quid enim *ante annos*? supplebis *perfectos.* Alioqui debebat potius *ante annum* vel *ante diem.*

§. 11. *id quoq.* Amb. (et Flor.) *hic quoque.* *appar.* Amb. *apparet.* *sestertium.* Amb. (item Flor. sed mendose) *sestertia.* *legato.* Nihil ex Amb. diversum notatum.

§. 12. *etiam.* Abest ab Amb.

Cap. VII.

LEGES CONTRARIAE (Amb. Flor. a man. sec.)

§. 1. *et utrinque.* Omittitur *et* in Amb.

§. 4. *similes. Diversae.* Amb. *similes aut duae,* sed *a* in *aut* cum lineola. *Vir fortis — volet.* Omittit haec omnia Amb. *potest an.* Amb. *potest vir fortis an.* *decurrendum.* Amb. *recurrendum contra.*

§. 5. *ponatur: contra.* Amb. quoque quae intersunt inter duo *ponatur* omittit. *neque tyr.* Amb. Flor. *nec.*

§. 7. *confessum.* Amb. hoc priore loco *confersum,* unde apparet origo correctionis *conversum.* Sed verbb. ordo mutatur sic: *confessum ex utraque parte jus est aut dubium.*

§. 8. *Sed vel potentissimum.* Amb. *et velut potentissima,* sed extr. littera in litura. Paris. 1. *si velut potentissimum.*

§. 9. *patronus.* Amb. et Flor. (hic a pr. m.) *pater.*

Cap. VIII.

COLLECTIO Amb. (Flor. sine titulo.)

§. 1. *supra* etiam Amb. *ejus.* Amb. *ei.* Post *coniectio.*

§. 2. *secub.* Par. 1. *spe perscrutandi.* Amb. Par. 2. *separanti.* Flor. a pr. m. *separantia ameritorium.* Post *eundem repudiavit* Amb. Par. 1. quod videtur necesse esse, nam vir amatorio accepto concubitum appetivit, quam cupidinem cum explere non posset, mortuus est. *perinde.* Amb. *proinde.*

§. 4. *evehere.* Ita Amb. quoque.

§. 5. *scripto alter nit. alter non satis.* Amb. *et scripto nititur nam satis.* Flor. ut Turic.

§. 6. *manif. coll.* Amb. Flor. interpon. *est.* Verba *an quia hoc et hoc* etiam in Amb. leguntur, sed lineola notantur.

ex tabern. Sic utique Amb.

§. 7. *illo.* Amb. *illa.* *hac.* Ambr. *et hoc.*

Cap. IX.

Tit. in Amb. *AMPHIBOLIA ID EST AMBIGVITAS.*

§. 2. *avem enim.* Abest *enim* ab Amb. nec, mutata interpunctione, ulla conjectura opus est. Constructio enim verborum haec est: *ut incertum est* (utrum verbum) *Gallus avem an gentem — significet.* *Telamonis.* Amb. *Telamonius.*

§. 3. *ii.* Amb. *hi.* *aut quid sit.* Amb. *et cui sit* sed lineola verba illa notantur.

§. 4. *inde αὐλ.* Amb. post *inde* addit *enim.*

§. 5. *inocculto loco.* Amb. *in culto loco.* Postea idem cum Par. 1. *sit litus occasio cultum.* Quid scriptor voluerit jam puto perspicuum esse, ambiguitatem oriri ex verbo *inculto,* utrum unum compositum sit an simplex cum praepositione. Extrema, si liceat, sic velim corrigere *cultum locum dixerit an incultum.* Saltem qui *inoccultum* tulerunt, poterunt etiam *cultum* ferre.

§. 6. *contendit Λέων.* Amb. *contendunt Leon et pantaleon;* item quae sequuntur Latine exhibet nomina.

§. 7. *id quod.* Amb. omittit *id.* *utrum quod.* Amb. omitt. *quod.*

§. 8. *Quinquag.* Nulla varietas ex Amb.

§. 9. *in dubio.* Flor. Amb. *in dubium.*

§. 10. *Demeam.* Amb. utroque loco *Demean.*

§. 11. *ut uxor.* Omitt. in Amb. *ut.* *nos flentes.* Amb. *nunc flentes.*

§. 13. *aliud enim.* Ambr. *alium enim.* Verba *aliud — ablativo* etiam ab Amb. absunt.

§. 14. *par est partem.* Amb. *partem par est.*

§. 15. *in his erit.* Amb. *erit in his.*

C a p. X.

Titulus in Amb. *DE PRAEDICTORVM STATVM* (*sic*) *COGNITIONE.*

§. 1. *spectatur.* Amb. *quae spectatur.* Flor. *quod spect. ex contr. leg.* En Amb. quod voluerat Spald. *contrarias leges* liquido habet; etiam Flor. a pr. m. *contrariis leges.*

§. 2. *in ant.* Amb. omitt. *in.*

§. 3. *disp. verbo.* Amb. et Flor. a pr. manu *iure.*

§. 4. *durat. Et de — disceptationis.* Amb. *durat. DE VI DISPOSITIONIS. Et de hoc quidem genere dispositionis.*

§. 5. *diducenda.* Amb. Flor. *dicenda.* *theses.* Amb. *thesis.*

§. 6. *Nisi.* Amb. Flor. Paris. 1. 2. *si.* *diduxerit.* Amb. Flor. Paris. 1. 2. *dixerit.* *ea quae.* Amb. Flor. (a pr. m.) *ejus quae.* *haec.* Amb. Flor. *hae.*

§. 7. *Est hoc.* Amb. et Flor. a pr. m. *Hoc est.*

§. 8. *faciet.* Sic et Amb. Flor. *infinita. Praec.* Etiam Amb. verbis fortasse ex praecedenti repetitis *finitaque materia ars finita praec.*

§. 10. *caloris motus* cet. Amb. sic locum restituit: *coloris modos, spiritus meatum, caloris distantiam, quae sui sunt cuiusque ingenii, non dabit.* Etiam Flor. *sui — ingenii non dabit.*

§. 11. *quae non.* Amb. *quae nullo modo.*

§. 12. *praemuniendae.* Amb. *praemovendae.* Flor. *praeminuendae.*

§. 13. *partes propter.* Amb. *partim per.* Sed syllaba *tim* in litura.

§. 14. *praestabit.* Sic Amb. e correctione, prius item *praestavit.* *ducat iterum.* Amb. *dicendum*, sed *endum* cum lineola subducta. Neque tamen placet vulgata scriptura, malim *studendum.* Tum *uis. suis usus sua.* Corrige: *est facienda sua cuique vis, suus usus, sua ratio.* Vis naturae, usus consuetudinis, ratio artis.

§. 15. *Nam viam* cet. Flor. ut Alm. Sed Amb. sic: *nam via demonstrari potest, velocitas sua cuique: verum.* His poteris esse contentus et similitudinem agnoscere de iis qui iter faciant sumptam. Sed *verum*, quod sequitur, adhuc displicet.

§. 16. *Reliqua partium.* Amb. *neque enim artium est demum dispositio, sed in.* *elabor.* Turic. Amb. Flor. *laborandum*, quod restitui jubet Spalding. praef. Vol. III pag. XI. *juncti.* Amb. *vincti.* *pelluc.* Amb. *perluceat.*

§. 17. *in quoque.* Amb. omitt. *in.* *non res diversae.* Amb. Pariss. 1. 2. *res non div.* *copulaque.* Amb. *copula.* *quod.* Amb. *quae,* bene.

Lib. VIII.

Tituli praeponuntur hic in Amb. 1.: *De virtute elocutionis. De perspicuitate. De ornatu. De generibus sententiarum. De tropis.* Prooemii inscriptio nulla.

PROOEMIUM.

§. 2. *numerosae.* Flor. Amb. *innumerosae.* Par. 1. *injuriosae.* *didicerint* Amb. *didicerunt.*

§. 3. *extiterunt.* Amb. *extiterint,* quod toti sententiae aptius. *sequuntur.* Amb. *sequentur.* *quo duxeris* legitur in Amb. *discendi.* Amb. *dicendi,* quod facile probaveris.

§. 4. *iidem.* Amb. *id est.* *mox.* Amb. *post.* *percipiendum* tuetur Amb. et interest haud dubie aliquid inter ea quae obscura sint per se, et quae difficile percipiantur, nam sunt etiam clara nonnulla, quae tamen propter multitudinem distinctionum difficile discantur.

§. 6. Verba *tum et* ab Amb. absunt, neque desiderabis.

§. 7. *sed max.* Amb. Flor. item *et maxime.*

§. 9. *porro depuls. omnem.* Ab Amb. abest *depuls.* totusque locus sic legitur: *et in quibusdam intentionem modo depulsionem porro omnem.* Hoc equidem ita amplector, ut interpungam post *modo* et subaudiam *esse.* Schützius in dissert. Halensi pag. 28 ceterum servata vulgata scriptura pro *sufficere* scribendum putat *statum facere,* jubetque conferri lib. III, 6, 16 sqq. *defens. ac transl.* Amb. *defensione altercatione,* cum lineola sub priore parte verbi *alterc.*

§. 10. *quaest. aut* cet. Amb. Flor. ut Turic. *Quae — continentur* Spaldingii conjecturam recepit Pottierius in textum. Certe *continentur* verum videtur, quod ad causas et actiones pertineat: copulam videtur Quint. continuandae orationis causa adjecisse.

§. 11. Etiam Amb. sic: *quarum exordio conciliari audientem, narratione proposita confirmari, refutatione aut memoriam* cet.

§. 13. Hic titulus adjicitur etiam in Amb. *DE VIRTVTE ELOCVTIONIS.* *eloq. autem.* Amb. *ait eloquentem,* sine *autem.* *diserto.* Sic Amb. liquido.

§. 16. *huc stud. adhib.* Amb. *hic studium plurimum adhibendum.* *hic* etiam Flor. quem librum miror cur tam raro Spaldingius ad partes vocarit, cum Guelferbyt. longe illi inferioris scripturas diligenter commemorarit.

§. 18. *quod est — pulcherrimum.* Emendationem Spald. liquido confirmat Amb. *qui — pulcherrimus.*

§. 19. *sed — vulsa.* Amb. *at — volsa.* *sunt.* Amb. *sint,* prorsus ex more scriptoris, in hoc conjunctivorum usu lenitatem quandam placidumque sermonis genus affectantis.

§. 21. *semper* Amb. omittit. post *seseque.*

§. 26. *ille durus.* Amb. Flor. *ille et durus.* *sordent omnia quae.* Iidem *sordet omne quod.* *ulla.* Amb. Flor. *illa.*

§. 27. *Atque.* Amb. *atqui.* *Quod si.* Etiam Amb. Flor. omittunt *etiam.* Item ambo *differentia.*

§. 29. *Namque hoc cet.* Amb. *namque illi qui id fecerit sic res,* sed verba *illi qui id* cum lineola. Flor. *namque hi quid fecerint sic res.* *Alioqui sicut qui.* Amb. Flor. (a pr. m.) *Al. si qui.* Schützius in dissert. p. 28 servatis ceteris *verba* addi jubet, ut sit *ita verba in oratione,* et subintelligatur *quaerunt.*

§. 30. *ad requisita.* Meliores codd. non habent praepositionem, et nescio an ipsa verba *requisita respondere* dici possint, quasi dicto *audientia.*

§. 31. *Nam cum Latina.* Amb. omittit *cum*, recte opinor. *nullus finis.* Amb. *nullus est finis*, quod item placet.

§. 33. *orationem* abest ab Amb. *ad dign.* Amb. *ac dignitate.*

Cap. I.

Amb. sine titulo et indicio novi capitis.

§. 1. *Eam spectamus.* Amb. *ea spectatur.*

§. 2. *invenias.* Amb. *inveniam.*

§. 3. *et verba.* Amb. Flor. *ejus verba.*

Cap. II.

Tit. in Amb. *DE PERSPICVITATE.*

§. 3. *nulla virtus.* Amb. *non nulla,* sed *non* ut sequens *ob* in *ob quod* lineola notatur.

§. 4. *decernere.* Amb. item *de cruce verba ceciderunt,* quod verum videtur et improprie dictum pro verba jacta sunt de cruce.

§. 7. *ducta sunt.* Amb. *dicta sunt.*

§. 9. *quo nihil.* Amb. *quod.*

§. 10. *dulce mustum.* Amb. non multum distante Flor. *dulcis musti,* quod sic legitur loco Virgiliano, congruitque

cum eo quod sequitur *cum dentibus albis.* Poterat enim aequaliter ponere nominativum *dentes albi.*

§. 13. *Fallunt etiam.* Amb. *F. enim*, et post *religionibus.* *ut Taurus.* *ut* delendum censuit Spalding. in praef. Vol. III pag. XI, num idoneam ob causam, dubito. *intelligitur.* Amb. *intelligetur.*

§. 14. *nec traject.* Locus nondum sanatus. Amb. *nec transiectio, intramodum hyperbato fin.* Syllabae *modum* lineola notantur. Item sic Flor. sed *hyperbaton.* Fort. *nec transjectione ultra modum hyperbati finis ejus differatur,* sed fateor non magnopere placere.

§. 16. *Demeam.* Amb. *Demean.*

§. 17. *quae dicere nol.* Amb. *et quod dic. nol.*

§. 19. De locutione *Tanto melior* cf. quae Spalding. in praef. Vol. III p. XI sq. annotavit. *quae dicere.* Amb. et Flor. ambo a pr. m. *qui,* sed inde factum *quid.* *dictis de figuris.* Amb. *dicendi figuris,* optime.

§. 20. *ἀδιανόητα hoc est.* Amb. *adiano et orē.* *conductus est* cet. Sic Amb. *cū ductus est caecus secundum viam stare,* quod videtur explicandum esse: cum funus ei factum est, sive exequiae ductae.

§. 21. *pervasitque.* Sic Amb. *audiverint.* Amb. *audierint.*

§. 23. *quia id.* Amb. *quod et.* *ut sol.* Abest *ut* ab Amb. et post *in oculis,* antea factum *fuerit,* cum prius fuisset *fuerint.*

Cap. III.

Titulus in Amb. 1. *DE ORNATV.*

§. 1. *magisque vitiis.* Amb. *m. ut vitiis,* quod Francius conjecerat.

§. 2. *et si quae.* Amb. *si quae.*

§. 4. *sed velut.* Abest *sed* ab Amb.

§. 5. *conferat.* Amb. *conferet,* sed *e* extremum lineola notatur.

§. 6. *Arist. quoq. eandem.* Amb. verbb. ordine mutato *Eandem Arist. quoque.*

§. 7. *virtutis t. his.* Amb. *virtutum* (prius *virtutem*) *t. iis.*

§. 8. *anemonas* item liquido Amb.

§. 9. *fructiferis.* Etiam Amb. *frugiferis*, nec quicquam obstat quominus recipiatur. *trahant* idem melius *trahat.*

§. 11. *ut quod.* Liquido Amb. auctor fit hujus scripturae.

§. 13. *non debet quisquam.* Amb. *ne debet quidem.* *eo minus.* Obr. recte videtur edidisse *et minus.* Amb. a pr. manu *eminus.* *ad mat.* Amb. *materiae.*

§. 15. *conjuncta.* Amb. *iuncta* (fort. *vincta*). *quamquam rectissime.* Amb. et Flor. interponunt *enim.* Post unus Amb. *sciamus nihil ornatum esse*, optime.

§. 16. *clar. sunt.* Amb. omitt. *sunt.* *quodque.* Item Amb. *quoque.*

§. 18. *cernenda.* Amb. *discernenda*, qua scriptura Spaldingii dubitatio tollitur. *Et sicut.* Amb. *Ut autem.*

§. 20. *effecit.* Amb. *efficit.* [Proprium *mus* est, quod ut aptum esset effectum est epitheto *exiguus*, simulque etiam ne plus expectaremus, quam illud ipsum animalculum. Ita *murem* tuetur adjectivum, et praemissum adjectivum rursus lectorem praeparat ne quid grande expectet. His videtur dubitatio a Spaldingio mota satis commode solvi. Ceterum in collatione cod. Amb. non abesse quicquam notatur.

§. 21. *Sarraco.* Amb. item *serraco.*

§. 22. *idiotis joci.* Etiam Amb. *idiotis de quo.* Quod conjecit Spaldingius *in dictis* verum videtur, itaque sic fortasse locus restituendus: *unde interim gratus in dictis decor*, sive potius *lepor*, quod doctus quidam amicus meus invenit. *Ruscio.* Amb. *heu tu Rufio' et Erucius.* *Rufionem* non *Ruscionem* verum nomen esse et apud Ciceronem quoque restituendum docuit nunc Garatonius ad Milonianam. *declamationibus.* Amb. *declamatoribus* longe significantius.

§. 23. *pellucent et asp.* Amb. *pollicerent aspergunt*, nihil de *et*, quod Spald. addi scribit. *gratiss.* Amb. quoque *gravissima.*

§. 25. Amb. 1. scripturam jam indicavit Spaldingius, sed oblitus est annotare in illo esse: *qua usi sunt paulum*, quod non contemnendum puto. Ceterum Spaldingianam crisin verissimam judico, ac ne revocari quidem verbum posse, quod intercidisse videtur, despero. Est illud *valde*, quod cum apud Ciceronem admodum frequens sit, apud Quintilianum non legitur nisi uno et altero loco. Litterarum similitudinem noli expetere, quoniam librarii culpa manifesta est. *antig.* Amb. et h. l. ut supra lib. I, 6, 40 *antegerio.*

§. 26. *labor* non omissum in Amb. sed pro eo legitur *quod.* Sed in hoc loco etiam ea corrupta sunt, quae vulgo sana videntur, neque enim *autumo* tolerabile est, quo ne Cicero quidem utitur. Scribe sic: *reor* tolerabile, *autumo* tragicum: *prolem* dicemus in versu, sed *prosapia* insulsum. Superest *quod orridum* in quibus litteris, nisi quid intercidit, latet quod pro *aerumnis* vel pro *aerumnoso* Quintil. dici malit. Fort. *a e r u m n o s u m quid opus est? tamquam parum sit si dicatur quid m i s e r u m.*

§. 27. *etiam nec.* Amb. *et necessario.*

§. 28. *min al spinae.* Amb. *enim — et spinet, male illi sit.*

§. 30. *aptabit.* [Vulg. *aptavit* Georg. Lud. Walchius in edit. Tac. Agric. p. 105 quasi ἀορίστως positum defendere conatus est. Sed is tum etiam *arcessit* contra eos libros, quibus solis veritatis fides est, praestare debebit.]

§. 34. *quaedam in usu.* Amb. *quaedam sunt in usu*, bene.

§. 37. *Et si.* Amb. *Sed si.* *proderit quae — possunt.* Amb. *proderunt, nihilque non tuto dici potest*, perquam opportune.

§. 42. *plus minusve — decet.* Amb. *plus nimis est dictum.*

§. 43. *ab ipsa actione* absunt etiam ab Amb.

§. 44. *bellum.* Amb. *bella.*

§. 45. *praefanda.* Etiam Amb. *praefata,* sed cum lineola, correctionis indice, sub extremis syllabis. *aut contin.* Amb. *aut non cont.*

§. 46. *Aliae.* Amb. *aliaeque.*

§. 48. *quod alterum.* Amb. *quia alt.*

§. 51. *summis.* Amb. *a summis.* Idem post pro *reddam* habet *quaerenda:* neutrum videtur contemnendum.

§. 52. *est* post ὁμοιολ. abest ab Amb. *eaque et sententiis* cet. Vereor ne hunc locum Spaldingius, dum scripturam meliorum codicum negligit, contra veram scriptoris mentem protulerit. Sic igitur Amb. *eaque et in sententiis et in figuris et in positione, longe non animis solum — ingratissima.* Positione intelligit nominum casus verborumque tempora similiter desinentia.

§. 53. Omisit Spald. excerpere in Amb. legi *T. Livium.* Vulgo omittitur praenomen.

§. 54. *qui cum in Pansam.* Ambrosiani 1. corrupta scriptura ceterorum tamen codicum si diis placet emendationes explicat, *cui sapasicu.* Non opus videtur nomine cujusdam hominis, in quem Hirtius declamarit, quoniam illae scholasticae haud dubiae exercitationes fuerunt, sed *Pansa* videtur inesse. Fort. *sive is Pansa fuit.*

§. 55. *a relig.* Ab Amb. abest praepositio.

§. 56. *Κακοζ.* Amb. sic *Cacozelon est — affectatio, haec per*, sed videtur correctum.

§. 59. *κοινισμός.* Amb. *CORAICMOC.* [Forte *σωρισμὸς,* accumulatio, nam *κοινισμὸς* ubi apud Graecum scriptorem legatur lexicographi non indicant, nec videtur *κοινὴ* sic in vitio poni.] *Dorica* omittit.

§. 60. *tale est.* Amb. non habet *est.*

§. 61. *concipiendoque.* Hoc verbum non est in Amb. cetera ut Spald. edidit.

§. 62. *plane dom.* Amb. *plene.*

§. 64. *ipsum os.* Item Amb. 1. *ipsos*, nec quo pertineat *os* in ea descriptione, dixerit quisquam: nam aliud significant vultus et oculi libidinosi, quos ipse sibi intueri Quint. videtur. Addit etiam ille codex cum Par. 1. *et locum,* ut appareat in ceteris ejusdem familiae libris excidisse incuria.

§. 68. *et fusae.* Amb. 1. *effusae.* *et inf.* deest *et* in Amb. 1.

§. 71. *quisque.* Amb. 1. *quisquis.*

§. 73. *sane* abest ab Amb. 1., tum *Delum* pro *Delon*, item Amb. 2.

§. 75. *videri possunt.* Amb. 1. *videntur*, quod aptius est ei quod sequitur *tantum*, contra qui *tamen* scripserat, debebat etiam antea velle *videri possunt.*

§. 76. *illa iis* cet. Amb. 1. *illa* $\overset{h}{-}$*isquae dissimilia.* Fortasse *nec illis*, *quibus similia videri volunt*, *applicant.* Tum *iis* Amb. 1. *his.*

§. 80. *improviso.* Etiam Amb. 1. *improvisae.* *excita* item Amb. 1. sed necessario *excitata* corrigendum.

§. 82. *perinde.* Amb. 1. quoque *proinde.* Tum *in hoc male imitantem.*

§. 89. *nescire* item deest in Amb. 1.

Cap. IV.

In Amb. 1. nullum indicium novi capitis.

§. 2. *longior.* Amb. 1. *longus.* Amb. 2. *longius.* *raptorem.* Amb. 1. 2. *ereptorem.*

§. 3. *per id ven.* Amb. 1. *id pervenit.*

§. 7. *ad quem non.* Ex Amb. 1. nihil ab hac eadem scriptura Obr. diversum enotatur, sed post *ut quod non est plus.*

§. 8. *in textu.* Obr. *in contextu* nec quicquam var. ex Amb. 1. Etiam Paris. 1. 3. *in contextu.*

§. 10. *mehercle.* Amb. 1. *mehercules.* Amb. 2. *mehercule.*

§. 12. *igitur.* Etiam Amb. 1. 2. *itaque.*

§. 13. *terrarum.* Amb. 1. Paris. 1. 2. *terrae.*

§. 14. *habent.* Amb. 1. *habet*, et factum sec. manu *per singula locos habet.*

§. 15. *viderimus.* Item Amb. 1. *significaverim.* Item Amb. 1. *signaverim* traduntur Paris. 1. 2. 3. exhibere. *ratione ducitur.* Paris. 1. 2. *ratio deducitur.*

§. 17. *sed qui.* Item Amb. 1. omittit *qui.*

§. 21. *aut unus.* Sic etiam Amb. 1. 2. Paris. 1. 3. Sed non est dubitandum, quin ceteri quoque. Ejusmodi subsidia scripturae a Spald. constitutae passim afferre possumus, sed cui bono, ubi satis constat? Enotabimus potius ubi differunt.

§. 22. *etiam atque sibi.* Amb. 1. 2. Par. 1. 3. 5. *etiam sibi atque*, quamquam Spaldingiana ratio, *atque* debere ante vocalem esse, nimis multis contrariis locis infirmatur.

§. 23. *Alcibiadem.* Amb. 1. pro perpetua consuetudine sua *Alcibiaden.*

§. 24. *Pelias.* Amb. 1. *pelta.* *ferunt, ea* item Amb. 1. Sed hic etiam *palantis.*

§. 25. *terunt servi.* Amb. 1. *ceterum servi et cellis*, sed *ceterum* ex correctione. Par. 6. *ter servi cellis.* Par. 1. 2. *de servis et cellis.* Amb. 2. *terunt servi et cellis nihil.*

§. 27. *tuorum* etiam in Amb. 1. deest. Tum *similis est huic figura quam*, sed ex correct. *solet.* Amb. 1. *solent.*

§. 29. Vereor ut recte aéstimarit Spaldingius Amb. 1. codicis scripturam *excidit*, neque enim error librarii videtur esse, sed ipse Quint. indicare voluisse paene ipsum poenitere, quod hoc jam loco nomen illud commemorarit.

Cap. V.

Titulus in Amb. 1. 2. est *DE GENERIBVS SENTENTIARVM.*

§. 4. *ea quae.* Sic Amb. 1., sed Par. 1. *ea quam.*

§. 6. *emut.* Amb. 1. hoc loco mendose lacunam habet inter duo *misera non est.* Sed Par. 1. 2. *ex mutatione.* Mihi *et mut.* verum videtur, quod pertineat ad id quod sequitur *et translatione*, et sic est in Amb. 2.

§. 9. *quoque est omne.* Amb. 1. *quidem omne.* Post idem *concepimus.*

§. 12. *novis.* Amb. 1. *nobis.*

§. 13. *et recta.* Absunt haec ab Amb. 1.

§. 16. *Cloantillam.* Pro inaudito nomine verum, quod vel conjectura effici potuit, exhibet Amb. 1. *Domitillam.* Idem tamen infra IX, 2, 20 ubi vulgo *pro Cloantilla* legitur, *proclo,*

atilla; et IX, 3, 66 *cloatilla* habet. De IX, 4, 31 nihil enotatum est.

§. 19. *o leges.* Omittunt interjectionem etiam Amb. 1. 2.

§. 20. *ad dig.* Sic et Paris. 1. et Amb. 2. neque ex Amb. 1. quicquam varietatis enotatum est.

§. 24. *e tecto.* Etiam Amb. 1. 2. *a tecto.* *Caput nescio ubi impositum* etiam Amb. 1., sed syllaba *im* lineola notatur. Amb. 2. nihil aliud nisi *cap. nesc. u b i i m.* Gesneriana emendatione nescio qui utar, aliud enim est quod Virgilius Aen. 4, 177 de fama dicit: Ingrediturque solo et caput *inter* nubila condit, aliud *caput i m p o s i t u m n u b i.* Malim tale quid: caput in scopulo positum, ut magna simul et deformia corpora significentur.

§. 26. *arborum.* Amb. 1. *ramorum*, quod potest placere.

§. 28. *clavus et purpurae.* Amb. 1. *affert lumen clavus purpurae in loco insertus*, sed *us* ex correctione, necessaria tamen.

§. 29. *enitere.* Amb. 1. 2. prorsus ut Turic. Flor.

§. 33. *si ad illam extremam.* Amb. 2. *si illam.* Amb. 1. *si illa extrema.*

C a p. VI.

Titulus in Amb. 1. *DE TROPIS.*

§. 2. *instit.* Etiam Amb. 1. *instruendum*, porro Paris. 1. 3.

§. 7. *magis propr. erat.* Amb. 1. *erit.*

§. 8. *obtusior.* Etiam Amb. 1. (si opus est addere) *obtunsior.*

§. 11. *et proxime* cet. Amb. 1. sic, sed post correctionem: *audaciae proma periculo tranlationis attolitur.*

§. 12. *virtus apud.* Interponitur in Amb. 1. *ut*, quod Spaldingius desiderabat.

§. 13. *et a part.* Amb. 1. *et partibus.*

§. 14. *in allegoriam.* Amb. 1. *in allegorias.*

§. 18. *volucres pennis remigare* liquido Amb. 1. Idem *hoc* ante *Vergilius* (sic enim) addit.

§. 19. *sub oculos.* Amb. 1. *sub oculis.* Idem *omnia haec contra, liberior.*

§. 21. *et cum,* sic etiam Amb. 1. Idem pro *ex verbo int.* habet *ex verbis intelligi.*

§. 23. *inventa.* Amb. 1. *inventas res — et subjectas res.* Idem praeclare p. *retro* dat *retrorsum.*

§. 24. *dictus tropus.* Ambrosiani 1. scriptura Spaldingii dubitationes tollet, habet enim liquido *hic tropus,* unde Turic. Flor. fecerunt *ditropus.*

§. 25. *Ucalegon.* Amb. 1. *Ucalego.*

§. 26. Sic Amb. 1. *cum ab Annibale caesa et apud tragicos aegialeo apud cannas sexaginta milia dicimus.* *carmina Virgilium.* Amb. 1. quod necesse est: *carmina Vergilii, Vergilium.*

§. 28. *pusillum a vero.* Amb. 1. *pus. ab ea.* Idem *auratura,* cum Paris. 1. 2.

§. 29. *poetis quoque.* Amb. 1. Par. 1. *poet. utroque modo.* *quia.* Amb. 1. *quod.* *quae in quocunque.* Amb. 1. videtur *quoque* habere.

§. 30. *posuisse non dub.* Amb. 1. *posuisse non dubitet,* sed extr. *et* a correctore.

§. 32. *παραγόμενα.* Etiam Amb. 1. *πεποικμενα,* ut omnino verum videatur *πεποιημένα.* *usum.* Amb. 1. *usu,* fort. omittenda praepositio. *sunt Sullat.* Amb. 1. *sunt ut Sull.* *lauro.* Amb. 1. *lauru.*

§. 33. *evaluit* Amb. 1. Reliqua supra quam videtur fieri posse corrupta Amb. 1. sicut Turic. nisi quod *obidius.* Amb. 2. in hac parte lacunosus (a pag. Burm. 734 usq. ad 751), itaque Parisinos libros 3. 4. 5. 6. non expecto, sed ne de primo quidem ac secundo quidquam Pottierius. Est illa profecto coena dubia.

§. 34. *et jam leo.* Nihil ab hac scriptura diversum Amb. 1.

§. 36. *haec quidem dissonantia.* Praeclare Amb. 1. manum scriptoris restituit: *ego quidem dissentio namque in his* cet. *putat quisq.* Amb. 1. *quisquam putat et.*

§. 37. *alio in aliud.* Amb. 1. *alio tropo in alium,* et postea *tropus* abest. *et maxime improprius.* Amb. 1. *et improbissimus.* *qui Centaurum Chirona.* Amb. 1. sic: *qua scientaurum qui hirori est hoccona insulam εΜψιας Θοας,* quae insigniter corrupta sic fere emendanda puto: *qui Centaurum viriliorem et Ithacam insulam νήσους θοὰς dicunt.* Plutarchi locus de vita et poësi Homeri §. 21. et universam metalepsis rationem et unum certe ejus exemplum melius quam ipse Quintilianus explicat, quem, ne lectoribus in mora sim, hic describam: *Ἕτερος τρόπος ἐστὶν ἡ καλουμένη Μετάληψις, κατὰ συνωνυμίαν σημαίνουσα πρᾶγμα διάφορον· οἷον* (Odyss. 15. 299)

Ἔνθεν δ᾽ αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι·

βούλεται γὰρ σημῆναι τὰς κυρίως ὀξείας λεγομένας νήσους· ἐπεὶ συνωνυμεῖ τὸ θοὸν τῷ ὀξεῖ κ. τ. λ. Eo versu quin poëta ipsam *κραναὴν Ἰθάκην* vocarit *νήσους θοὰς,* sive *ὀξείας* proprie, uti veteres interpretes explicarunt, dubium non est. Eadem ratione si alteram quoque loci partem recte emendavi *Centaurum* appellarunt comici Graeci hominem libidinosum, peni deditum, propter synonymiam Centaurorum nominis gentilis et eorum qui *ταῦρον κεντοῦσιν.* Hesychius *Κένταυροι — καὶ οἱ παιδερασταί· ἀπὸ τοῦ ὄῤῥου.* Cf. ad eum locum interpretes, item s. v. *ταῦρος.* Neque enim placet diutius in his spurcitiis versari. *Laelium.* Amb. 1. *aelium,* sed *μετάληψις* in nomine *Laelius* sic videtur posse defendi, ut, cum ejus perpetuum cognomen Sapiens fuerit, propter synonymiam *docti* et *sapientis* ipse etiam nude *doctus* appelletur.

§. 38. *nam ejus.* Amb. 1. videtur et ipse interponere *id.*

§. 39. *nihil enim — nisi.* Amb. 1. *in nisi — nihil.* *mediis.* Amb. 1. *comoedis.* Haec scripturae varietas non tanta est, ut ejus ope locum penitus corruptum sanare te posse confidas. Nec mihi contigit ut remedium invenirem, sed inveniet fortasse si quis joca veterum comicorum Latinorum in promptu habet. Quae adhuc ab editoribus grammatica quaedam interpretatio tentata est, ea vereor ne prorsus aliena sit. *Μετάληψις* potius in verbo *dica* videtur inesse, cujus Accusativum *dicam*

aliquis poterat ad simile verbum *canere* vel *cantare* transferre.

modo. Amb. 1. eam vocem non habet, nec video cur contra auctoritatem librorum servetur.

§. 40. *convenire verbo.* Etiam Amb. 1. interjicit *id.* Idem et Paris. 1. 2. post *albi.*

§. 41. *oneretur.* Amb. 1. $\overset{\text{o}}{\text{n}}$*eretur.*

§. 42. *ut in.* Amb. 1. *uti.* *judices.* Amb. 1. *jungas.* *quoque in quo et num.* Amb. 1. *qui et num.*

§. 43. *ut id quod.* Amb. 1. *sed cum id,* et post *significat et facit.* Paris. 1. *necesse est semper, sed cum idem appositum, si a proprio diviseris, significat et facit.* *Num. et Carth.* Amb. 1. *Num. Karth.* sine conjunctione.

§. 44. *non* item ab Amb. 1. abest. *At ἀλλ. quam.* Amb. 1. *ad allegoriam quod.* *interpr. aliud.* Amb. 1. *interpretatur et* (prius *ut*) *aliud.* *etiam.* In Amb. 1. est *ā etiam* i. e. *aut.* Ex quo patet, Spaldingii conjecturam veram esse.
Prius ut. Amb. 1. multa addit sic: *Prius fit genus plerumque continuatis translationibus, ut.* *fluctuum temp.* Amb. 1. *fluctus et tempestates.*

§. 46. *Menalcam.* Amb. 1. *Menalcan.*

§. 47. *enim querorque.* Amb. 1. *hoc queror.* In eodem non legitur *verbis,* commode.

§. 50. *a temp.* Amb. 1. *tempestatem.*

§. 51. *erunt.* etiam Paris. 1. Amb. 1. Idem §. 52. *si prae non dicta.*

§. 53. *nec ea nisi.* Amb. 1. *non et cetera si.*

§. 55. *quid de quo.* Amb. 1. *quid de quo quo.* Scribe *quoque* sensu relativo, quo id pronomen maxime ponitur.
laudis simul. Amb. 1. *laudis autem simul.* Verba *quale est* desunt in Amb. 1. *in eo codice.* Media vox abest ab Amb. 1.

§. 56. *quemadmodum.* Amb. 1. sed ex correct. *quale est.*

§. 57. *aut bonae rei gratia quaedam.* Amb. 1. sic: *aut bonae rei gratia aut quaedam contrariis significemus, aliud textum spectaco ei enumeravimus.*

§. 58. *dicunt.* Amb. 1. *dicant.*

§. 59. *circuitum eloquendi.* Amb. 1. interponit commode *quendam.*

§. 61. *orat. apt.* Amb. 1. inverso verborum ordine. Tum idem *verum hoc ut decere.*

§. 64. *facere exp.* Amb. 1. *faceret* — *experiretur.* Scribendum censeo *quam quod* — *experiretur*, sic fere verba explicans: neque ad aliam rem Plato illa quattuor verba plurimis modis collocavit, quam quod experiretur, ordinem quoque verborum, non solum delectum, maxime pertinere ad orationis elegantiam. Par. 1. *quam eum quoque maxime faceret.*

§. 65. *cum duobus verbis.* Amb. 1. *cum in duobus.* Idem *trahitur longius*, quod verum videtur, nec scriptura Alm. codicis dissentit nisi errore typographorum. *ut Anim.* Deest *ut* in Amb. 1.

§. 66. *divisionem fac. et transgr.* Amb. 1. *divisione faciunt transgressionem*, optime. Reliqua sic exhibet codex: *At id quidem propter quod dici tropus sit.*

§. 67. *multi narrationem.* Locum praeclare restituit cod. Amb. 1.: *sicut multi existimarunt. Longis autem hyperbatis et confusis, quae vitia accidunt* (fort. *accidant*) *suo loco diximus. Est haec decens veri.* Amb. 1. *Est autem haec demensuris*, sed ea verba usque ad *mensuris* lineola subducta notantur.

§. 68. Post *dicimus* Amb. 1. adjicit *ut*, item post *implevit* habet *et.*

§. 71. *Pindari* nomen omittere Amb. 1. videtur, nihil enim ab Obrechtiana scriptura diversum memoratur.

§. 72. *intervallo non.* Interponit Amb. 1. *autem.* Idem et ipse *quoddam novum.*

§. 73. *Et quod.* Amb. 1. *quod et.* *Varro* — *possim.* Amb. 1. *Vetto* — *possit.* *Vecto* Paris. 4. 5. *Vero* Paris. 1. In altero versu omittit Amb. voces *tamen* et *qua.*

§. 74. *hinc.* Amb. 1. *hic.* *haec res.* Sic liquido Amb. 1. *sin aliter.* Amb. 1. *si aliter.*

§. 75. *quod a.* Amb. 1. *quia.* *vel min.* Amb. 1. *minuendique.*

Lib. IX.

Titulus in Amb. 1. *M. Fabii Quintiliani Institutionis oratoriae liber VIII expl. incipit liber VIIII. De figuris sententiarum. De figuris verborum. De compositione.*

Cap. I.

Tit. in Amb. 1. *QVOD DIFFERANT FIGVRAE A TROPIS.*

§. 1. *has.* Amb. 1. *ea* sed cum lineola.

§. 2. *figurarum* etiam Amb. 1. Paris. 2. *figuram* Amb. 2. *figurae* Par. 1. *C. Artorius.* Amb. 1. *Gaius aristarchus*, sed alterum verbum cum lineola subducta.

§. 3. *eam.* Amb. 1. *ea.* *generali.* Amb. 1. 2. *generaliter.* *a recta.* Amb. 1. *de recta*, Amb. 2. *a derecta.* *rat.* Amb. 1. *translatione*, sed in marg. altera manu *vel significatione.* *dixerint* item Amb. 1. Paris. 6.

§. 4. Amb. 1. sicut Turic. sed praeterea *translati$\bar{}^{o}$.* *orationis remota.* Non leguntur haec verba in Amb. 1., nec antea *est.*

§. 5. Verba *namque et reb. fit et verbis Ονομ.* absunt ab Amb. 1. Item *si* abest ab eodem.

§. 6. *pars est* invenitur etiam in Amb. 1. sed cum lineola. Tum idem *tropos In hyperbato.*

§. 7. *et scio.* Amb. 1. 2. *haec scio.*

§. 8. *dicentur.* Amb. 1. *dicantur*, sed, ut videtur, a correctore.

§. 9. *intelligere.* Sic etiam Amb. 1. *tam enim.* Amb. 1., sed a correctore, *et tam.*

§. 10. Sunt haec quidem minuta, nec tamen negligenda videtur Amb. 1. scriptura *et quae quamque multa.*

§. 11. *altero quo* etiam Amb. 1. *vit. simil. gratia.* Amb. 1. *vit. sim. ratione quo loquimur.*

§. 12. *dici.* Amb. 1. *dicitur,* quod haud dubie verum est. *existimarit* Paris. 1. 2. Amb. 2., sed Amb. 1. *existimavit.*

§. 13. *mutatum.* Sic prorsus Amb. 1.

§. 14. *Zoilus.* Amb. 1. *theodulus* ex correct. Amb. 2. et Paris. 1. *Zoilus,* Paris. 2. *Caelius* exhibere traduntur.

§. 15. *ipso div.* Amb. 1. *ipsas div.* *quarum* Amb. 1. videtur tueri, *quorum* est in Paris. 1. 2.

§. 16. *et eadem — et fig.* Sic prorsus Paris. 1. 2. exhibere dicuntur. Amb. 1. *ut eadem — et fig.* sed interjectum cum lineola subducta *ita,* ut esset *ita et.* *jamjam.* Amb. 1. utroque loco semel tantum habet *iam.*

§. 18. *sensus esse.* Sic Amb. 1. 2. Paris. 2. 6., *sensuum esse* Paris. 1.

§. 19. *in nullo non.* Amb. 1. *in ullo.* Idem cum Paris. 2. *lucet* pro *elucet.*

§. 20. *adversos ictus.* Amb. 1. *adversas* (sed fuerat antea *adversus*) sine *ictus.* *pondere modo.* Sic Amb. 1. 2. et Paris. 2. 6. *pond. mole* Paris. 1.

§. 21. *efficere tendimus.* Ex Amb. 1. nihil ab Obrecht. scriptura *intendimus efficere* diversum notatur, eam tuentur etiam Paris. 1. 2., Spald. autem Amb. 2. Paris. 6. exhibent.

§. 22. *ostendo* etiam Amb. 1. 2. Paris. 1. 2. pr. manu, altera *ostendam.* *quam sint* etiam Amb. 1. 2. Paris. 1. 6.

§. 23. *sit — qualitas.* Amb. 1. *sint — qualitates.* *enuntiatio.* Amb. 1. *renuntiatio.*

§. 24. *parum intuentes.* Etiam Amb. 1. omittit *diligenter,* sed habent Paris. 1. 2.

§. 25. *neque — neque* etiam Amb. 1. 2. sed *nec — nec* Paris. 1. 2. *ad literam.* Amb. 1. *ad litteras.*

§. 27. *iis qui audient.* Amb. 1. *his qui audiant.* *percursio est et ad plus.* Amb. 1. 2. *percussio et plus ad.*

§. 28. *concinnus.* Amb. 2. *concinens*, 1. *concinnens,* sed extrema lineola notantur.

§. 29. *superlatio.* Amb. 1. 2. *supralatio*, item inseq. cap. §. 3.

§. 33. *venust. ipsa.* Amb. 1. *ipsam.* *lep. alias et paul.* Amb. 1. *leporemque et paulum.* Verba *aut quae cadunt similiter* absunt ab Amb. 1. *referuntur.* Amb. 1. *referunt.*

§. 34. *grad. quaed. et conversio.* Amb. 1. *grad. ad quaedam et congressio.*

§. 35. *et contin.* Sic etiam (sine *quod*) Amb. 1. Verba in Turic. omissa absunt etiam ab Amb. 1.

§. 37. *non quod — ornent.* Amb. 1. *non quin — ornant,* etiam Amb. 2. *quia.*

§. 38. *cum aut.* Amb. 1. *qua aut.* Amb. 2. *aut cum.* *non in eadem.* Amb. 1. 2. omittunt *in.*

§. 39. *cum demtis.* Amb. 1. *demotis.* *vel conq.* Amb. 1. 2. *vel quaestionis.* *saepius.* Amb. 1. *saepe.*

§. 40. *utitur.* Amb. 1. *utebatur.* Amb. 2. *utatur.* *enimvero.* Amb. 2. *et vero et*, sed recte Amb. 1. *et vere.*

§. 41. *optime.* Amb. 1. *optume.* Idem post *aut sententiis* pro *exemplis*, et *eadem*, *et in una re haereat in eademque commoretur sententia.*

§. 42. Verba *saepe etiam ut extenuet aliquis* absunt ab Amb. 1. *ut se ipse.* Abest *ut* ab eodem. Tum *dixerit* cum Amb. 2.

§. 43. Amb. 1. omittit *ac* ante *negligat*, tum *praemoneat* pro *praemuniat.*

§. 44. *videat opp.* Amb. 1. *videatur.* Deinde *a prop.* (sine *ut*) *declinet aliquantum.* Etiam Amb. 2. *aliquantum.*

§. 45. *sequatur.* Amb. 1. *sequetur.* Tum verba *si res* omittit.

Cap. II.

Ab hoc inde capite Spaldingius, quae praesidia ad Quintilianum emendandum collegit, ipse simul omnibus et ea quidem diligentia uti coepit, ut nihil praetermiserit, quod alicujus utilitatis videretur, quin excerpserit et cum lectoribus rei criticae studiosis communicarit. Itaque effectum est, quod nos curaturos promisimus, ut commentarii Spaldingiani ad eam rationem plenitudinis et accurationis supplerentur, ad quam eos ipse diligentissimus auctor redacturus fuisset, si ab initio idem consilium eademque praesidia rei bene gerendae habuisset, quae, cum jam ad finem verteret negotium, habere coepit. Sed qui his supplementis usuri sunt, sicut ingenium quidem doctissimi Spaldingii desiderabunt, ita facile tamen sibi persuadebunt, materiae, in qua elaborent, tantam molem, sed non rudem illam indigestamque a nobis collatam esse, vix ut sperari quicquam possit amplius. Quocirca ne quid quod semel incepissemus imperfectum omitteremus, etiam post hunc laboris nostri quasi justum finem *Codicum Parisinorum* discrepantes scripturas ex editione Pottierii excerpere perreximus; iisque adjeci breves quasdam aut meas aut aliorum hominum doctorum observationes, opportunitate potius utendum ratus, quam id agens ut quicquid de Quintiliano post Spaldingium litteris mandatum esset in hoc volumen constiparem.

§. 2. *sine iis.* Sic Par. 2. *s. his* Par. 1.

§. 5. *mulceant.* Sic Par. 1. 2. *et conf.* Par. 1. 2. *sed c. proxima.* Sic Par. 1. *proximo* Par. 2.

§. 6. *quanquam.* Par. 1. 2. *cum.* *videtur.* Sic Par. 1. 2. *dicitur.* Sic Par. 1. 2.

§. 7. *aut venistis.* Par. 1. *advenistis.*

§. 15. *interrogatione.* Sic Par. 1. 2. *suggestionem.* Sic Par. 1. 2.

§. 16. *reddet.* Par. 1. 2. *redderet.*

§. 18. *nom. app.* Sic Par. 1. 2.

§. 20. *solicitudine.* Sic Par. 1. *solitudine* Par. 2.

§. 26. *Unde.* Par. 1. 2. *inde.* *et, Miserum.* Par. 1. 2. *O miserum.*

§. 28. *sumta contra te.* Par. 1. 2. *c. t. s.*

§. 30. *abhorreant.* Par. 1. 2. *abhorrent.*

§. 31. *malunt, quod.* Sic Par. 1. 2.

§. 33. *personarum, vocum.* Sic Par. 2. 6. *personarumve* Par. 1.

§. 34. *eodem.* Sic Par. 1. 2. *dic vitam.* Sic Par. 1. 2.

§. 36. *Satura.* Sic Par. 2. 6. *Satira* Par. 1.

§. 37. *Unde apud.* Sic Par. 1. 2. 6. *primo statim.* Sic Par. 1. *pr. st. libro* Par. 2.

§. 38. *Pharsal. sive.* Sic Par. 6. *Pharsal. gladius agebat? sive* Par. 1. 2.

§. 40. *eminebat.* Sic Par. 2. *emicabat* Par. 1.

§. 41. *hoc.* Sic Par. 2. *praeponebant.* Sic Par. 2.

§. 42. *ut et Sen.* Par. 1. 2. *ut Sen.* *ista.* Par. 1. 2. om.

§. 45. *M. Marcellum.* Par. 1. 2. *M. Metellum.*

§. 46. *sensus sermonis.* Sic Par. 2., sed Par. 1. omittit *voci.* Par. 2. *et loci.* *conformatio.* Sic Par. 2. sec. m. *confirmatio* Par. 5. 6. *cum.* Sic Paris. 1. 2. 6. *videatur.* Sic Par. 1. 2. *visa.* Sic Par. 1. 6. *vita* Par. 2. *εἴρων agens.* Sic Paris. 1. 6. *troporum.* Par. 1. 2. 6. *tropos.* [*Troporum ille contextus* editur vulgo de conjectura Regii; codd. *tropos.* Non animadverterunt editores, eam nominativi formam in optimis quibusque libris frequentem esse, sicut Amb. 1. bis proxime *tropos* exhibet, ubi nunc est in editis *tropus.* Restituendum igitur censeo *tropos ille contextus*, ut respondeat ei, quae praecedit, *continuae metaphorae.*]

§. 47. *ἀντίφρασιν.* Sic Par. 2. *sestertiorum.* Par. 1. 2. *sestertiis.* *septingentis.* Sic Par. 1. *sexcentis* Par. 2. 6.

§. 49. *in adversariis.* Sic Par. 1. *i. adversario* Par. 2. 6. *fatemur.* Sic Par. 1. 2.

§. 51. *procul absunt.* Par. 1. 2. *pr. autem abs.* *res.* Sic Par. 1. 2. *nobilissimae.* Par. 1. 2. 6. *nobilis nobilissimae.* *humanum: et.* Par. 1. 2. *hum. est et.*

§. 53. *possimus.* Sic Par. 1. 6. *possumus* Par. 2.

§. 54. *non dicam.* Sic Par. 1. 6. *ne dicam* Par. 2.

§. 55. *Cominius.* Sic Par. 6. *Communis* Par. 1. 2. *Idque.* Sic Par. 1. 2.

§. 56. *C. Var.* Sic Par. 1.

§. 57. [Spaldingius tum quidem nescire se confessus est, unde esset ille locus *Nimis urgeo* cet. desumptus. At est ex oratione pro Ligario toties laudata cap. 3 extr. Neque non alterum *Quid plura?* Ciceronis esse puto, sed demonstrare nequeo.]

§. 60. *introduxi.* Sic Par. 1. 2. 6. *invenire, ut ait.* Sic Par. 6. *ut in Verrem ait* Par. 1. 2.

§. 61. *inductus.* Sic Par. 1. 2.

§. 62. *non in hoc.* Par. 1. 2. *non hoc.*

§. 63. *iteratio.* Sic Par. 1. 2.

§. 64. *erumpit.* Sic Par. 6. *erupit* Par. 1. 2. *Zmyrna.* Par. 1. 2. *et myrrha.*

§. 66. *relatio.* Sic Par. 1. *elatio* Par. 2. 6.

§. 69. *Ideoque parc.* Par. 1. 2. inserunt *hoc.* *fac. est.* Sic Par. 2., sed Par. 1. om. *est.* *intelligatur.* Sic Par. 1. 2. *ut in.* Par. 1. 2. *qualis est.*

§. 70. *ut in illa.* Par. 1. 2. om. *in.*

§. 71. *ipse, quod.* Sic Par. 1. 6. *q. i.* Par. 2.

§. 73. *et in.* Sic Par. 1. 2. *mariti.* Sic Par. 2. *marito* Par. 1.

§. 74. *tueri.* Sic Par. 2. sec. m. *veri* Par. 1. 6.

§. 75. *illud.* Sic Par. 1. 2. *potest; si.* Par. 1. 2. inser. *at.*

§. 76. *quanto.* Par. 1. 2. *quo.* *velle.* Sic Par. 1. 2.

§. 78. *eludant.* Sic Par. 1. 2. [De interpretatione cf. Spalding. ad lib. X, 7, 1. not. crit.]

§. 81. *declamatur.* Par. 1. 2. *declametur.* *damnavit* Par. 2. pr. m. *accusavit* Par. 1.

§. 82. *torm. nomin.* Sic Par. 1. 2.

§. 83. *pertendat.* Par. 1. 2. *esse pert.*

§. 87. *Sed in una.* Par. 1. 2. *S. de u.* *sequi contrarium.* Par. 1. om. *sequi.* Par. 2. *loqui* om. *contr.* *vic. vult.* Sic Par. 1. 2.

§. 88. *in patre.* Sic Par. 2. *in patrem* Par. 1. *in filio.* Par. 1. *in filium.*

§. 90. *fit tamen.* Par. 1. 2. inser. *ei.*

§. 91. *promittat.* Sic Par. 1. *permittat* Par. 2. *anime, dura.* Par. 1. inser. *hodie.* *here.* Sic Par. 2. *heri* Par. 1.

§. 94. *si fuerint.* Sic Par. 1. 2. *est, nescio.* Par. 1. 2. inser. *ut.*

§. 97. *intelligetur.* Par. 1. 2. *indicetur.* *agit.* Par. 1. *ait.*

§. 100. *contendit.* Sic Par. 1. 2. *exuscitat.* Sic Par. 1. 2.

§. 103. [*διαλλαγὴν* verum esse nequit, quoniam Graeci verbi sensus nimium a Latina descriptione differt. Amb. 1. *διαμαρην.* Fortasse *διαμονήν.*]

§. 107. *faciat.* Sic Par. 1. 2.

Cap. III.

§. 1. *hac re inv.* Sic Par. 6. *huic rei i.* Par. 2.

§. 2. *collocatione.* Sic Par. 1. 2. *orationis.* Par. 1. *omne hujusmodi.*

§. 4. *Qua.* Par. 1. 2. *Quo.*

§. 5. *excitant.* Sic Par. 1.

§. 6. *tamque mares.* Sic Par. 1. *tam enim* Par. 2. *inimicum.* Par. 1. 2. *inimicos.*

§. 7. *assentio. Est.* Sic Par. 1.

§. 8. *ex div.* Sic Par. 1. 2. *hic q. n. dign.* Sic Par. 1. 2.

§. 9. *In Satura.* Sic Par. 1. 2. *participio.* Sic Par. 1. 2.

§. 10. *Virtutis.* Par. 1. 2. *virtus.* *multo.* Par. 1. 2. *multa.* *scitus.* Sic Par. 1.

§. 11. *et temp.* Sic Par. 1. 2. *et status.* Sic Par. 1. 2. *omnia genera.* Sic Par. 1. 2.

§. 12. *quoque est.* Sic Par. 2. *e. q.* Par. 1. *cui non dissimilis.* Par 1. 2. *cum diss. est.* *ἐξαλλαγή.* Par. 1. 2. *Zeugmatum.*

§. 13. *Ut nunc evaluit.* Par. 1. 2. *utinam velut.*

§. 14. *Illud et.* Sic Par. 1. 2.

§. 15. *quo.* Sic Par. 1. 2. *in. fit.* Par. 1. 2. *i. sit. urget — viget.* Sic Par. 1. 2.

§. 17. *nam is.* Par. 1. 2. *n. id.* *Nec ciceris.* Par. 1. 2. *Ciceronis.* *vel Virg.* Sic Par. 1. 2.

§. 18. *figur. add.* Par. 1. 2. inser. *prior.* *nam. Et.* Par. 1. 2. *neque Parnassi vobis juga. Et.* *Et detract.* Sic Par. 1. 2. *habent.* Sic Par. 1. 2. *fig., ut, Acc.* Par. 1. om. *ut.* *ignem: jam.* Par. 1. 2. inser. *hunc.*

§. 19. *Nam de altera — adjiciendum est.* Par. 1. 2. *Nam de alt., quae detractione* (Par. 2. sec. m. *detractio est*) *pl. adj. e.* Amb. 1. *detractionibus.* Non male Schützius p. 29 *nam de altera* (scil. figura) *quae detractione fit, pluribus adj. est,* conjecit, indicavitque locum huc pertinentem §. 58. Itaque Qu. in Terentiano exemplo detractionem vitiosam putavit: sed minime opus est, ut cum Schützio eandem rem multis verbis sic eum jubeamus significare: *plus satis" est in vitio; plus enim quam satis verum est.* Nam verbum simplex *est* sensum fere habet eum quasi dixerit *esse debet.*] *ut se.* Sic Par. 2. *u. eum s.* Par. 1. *dicet.* Sic Par. 1. 2. *Si te, Cat.* Sic Par. 1. 2.

§. 20. *Sunt et illa.* Sic Par. 1. 2.

§. 21. *Ne mihi.* Sic Par. 2. *Nec mihi* Par. 1. *divo.* Sic Par. 1. 2.

§. 22. *me ex ed.* Sic Par. 2., sed Par. 1. om. *ex.* *Caec. nego me.* Par. 2. *n. m. C.* *et ips.* Sic Par. 1. 2. *excussa.* Sic Par. 1. 2. *verbo. Illa.* Sic Par. 1. 2.

§. 23. *unum quod.* Sic Par. 2. *unumque* Par. 1. *hyperb. quod.* Sic Par. 1. 2. *noluerunt.* Par. 1. 2. *voluerunt.*

§. 24. *sed.* Par. 1. 2. *cum.* *sensum mutat.* Sic Par. 1. 2. *sensus mutatur.* Par. 2. sec. m. *formam.* Par. 1. 2. *forma.*

§. 25. *Ii qui.* Sic Par. 2. sec. m.

§. 26. *Virg. illo.* Sic Par. 1. 2.

§. 27. *aut his.* Sic Par. 1. 2.

§. 31. *cuj. et in.* Sic Par. 1. 2. *crudelissime.* Sic Par. 2. *bell. gesserunt.* Sic Par. 2. *deformarunt.* Sic Par. 1. 2.

§. 33. *exercitatur.* Sic Par. 1. 2.

§. 34. *dubitabit.* Sic Par. 2. *dubitavit* Par. 1.

§. 35. *Ulixi.* Sic Par. 1. 2.

§. 36. *contra: Princip.* Sic Par. 1. 2. *longa.* Par. 1. 2. *longiore.* *nunc.* Sic Par. 1. *hunc* Par. 2. *patri tu.* Par. 1. 2. *patris tui.*

§. 37. [In voce *modo* cum Spald. offendisset, Schützius en adfuit corrigens *mutatis* (p. 29). At nulla dubitandi causa, dummodo *fit* ad praegressa referas: *et apud Rut. fit casibus modo hoc schema,* i. e. non etiam genere. Ceterum vulg. *περιόδῳ* verissimum fuit: *ω* scribebatur *οι* et *ς* e proxime sequenti adhaesit, inde corruptio facta est. Idem Schützius paulo post pro *etiam* corrigendum putat *iteratio,* quod haud dubie sensum adjuvat, ni *et* — *etiam* putes defendi posse.]

§. 38. *publicas Larini.* Par. 1. 2. *p. violari.* *judicaverunt.* Par. 1. 2. *judicarunt.* *illo nemo.* Sic Par. 1. 2.

§. 41. *et ego.* Sic Par. 1. 2.

§. 42. *indicio* — *indicabuntur.* Sic Par. 1. *et his.* Sic Par. 1. [Sic puto emendandum: *Neque enim poterant judicio et hi damnari, qui judicabant.*]

§. 43. *magnopere.* Par. 1. 2. om. [Qui locum corruptum sanare conetur, hoc etiam teneat, post *adjectum est* in Amb. 1. legi *enim*, ut haec utique verba conjungenda esse videantur: *adjectum est enim Veruntamen venit.* Antea sine dubio emendandum *hoc ipsum quam novum* pro eo quod est *bonum,* atque pertinere arbitror ad Q. Metellum Nepotem in Tribunatu plebis Ciceronis inimicissimum, quapropter in eum orationem Metellinam conscripsit. Plutarch. in vita Cic. c. 26: *εὐμετάβολος. καί ποτε τὴν δημαρχίαν ἀπολιπὼν ἄφνω, πρὸς Πομπήϊον ἐξέπλευσεν εἰς Συρίαν, εἶτ' ἐκεῖθεν ἐπανῆλθεν ἀλογώτερον.* Eandem rem Dio Cassius lib. 37 c. 43 tradit addita etiam ratione, cur illud novum vocaretur, quod Tribunis pl. ne unam quidem noctem extra urbem esse liceret.]

§. 45. *Dediderim.* Sic Par. 2. sec. m. *dederim* Par. 1.

§. 46. *super.* Sic Par. 1. 2. *vit. est.* Sic Par. 1. 2. *c. auget.* Par. 1. 2. *c. aug. autem.* [Amb. 1. *cum auget aut*

manifestat sententiam, sed illud *t* extremum in verbo *manifestat* a correctore additum est. Antea Schützius maluit *onerat* scribi pro *oneratur,* sine causa idonea.] *ocul. tot.* Sic Par. 1. 2.

§. 49. *delata.* Sic Par. 1. 2. bis. [Schütz. p. 30 aut *deleta,* aut *delata, sublata* inverso ordine scribendum judicat.] *mixtae.* Par. 1. 2. *mixta.*

§. 50. *locus. Hoc.* Par. 1. 2. inser. *talis.* *id est.* Sic Par. 1. *e. i.* Par. 2.

§. 52. *Multa quoque.* Sic Par. 1. 2.

§. 53. *utrumq. coac.* Par. 1. inser. *horum.*

§. 54. *quia.* Sic Par. 1. 2.

§. 55. *Non enim — sed non.* Sic Par. 1. 2.

§. 56. *Sit tamen.* Sic Par. 1. *Sint tamen* Par. 2. *tradita.* Sic Par. 1. 2.

§. 57. *ortus.* Sic Par. 1. 2.

§. 58. *gratiam petunt.* Sic Par. 1. 2. *ex συνεκδ. dist.* Sic Par. 2. *gaudio Graecus.* Par. 1. 2. *gaudeo.* Par. 2. sec. m. *gaudio Graecos.* *Cras.* Sic Par. 2. *eras* Par. 1. *tabellarii.* Par. 1. 2. *tabellarie.* *has.* Etiam Amb. 1. *cras.*

§. 60. *nihil non — aliquid, id.* Sic Par. 1. 2.

§. 61. *Ego ne.* Par. 1. 2. *Nego.* *aut lusit.* Par. 1. 2. *lusitque.* [Recte Schützius in diss. Halensi p. 30 *data* ad ipsam epistolam eo die scriptam pertinere censet.]

§. 62. *dictum, cui.* Sic Par. 1. 2.

§. 64. *Non utiq.* Par. 1. 2. *N. utriq.* *factam conjunctionem.* Par. 1. 2. *facta conjunctio.*

§. 65. *ut sim.* Par. 1. 2. *aut s.* [*quae ex vicinia transit.* Scribe secundum Amb. 1. *qua fit ex vicinia transitus,* nam *vicina,* quod in illo libro legitur, mendum est vulgare.]

§. 66. *fig. quod.* Par. 1. 2. *f. quae* Par. 2. sec. m. *convertit — et excitat.* Par. 1. 2. *vertunt — et excitant.* *Hinc est.* Par. 1. 2. *huic nomen est.* *annominatio.* Sic Par. 2. *agnom.* Par. 1.

§. 67. *arguitur.* Par. 1. 2. *augetur.*

§. 68. [Schütz. p. 30 sq. *non ex eodem*, *sed ex vicino diversum accipitur* scribi voluit, esse enim supplicium et supplicationem verbo vicina, quae diverso sensu acciperentur.]

§. 71. *intell. ad.* Par. 1. 2. inser. *et.* *distinguenda.* Sic Par. 1. 2. *proprietate.* Sic Par. 1. 2. *proprietatem* Par. 1.

§. 72. *leviora.* Sic Par. 2. *livior est* Par. 1.

§. 74. *e par. contr.* Sic Par. 1. 2.

§. 75. [Schützius p. 31 cum locum sic expedire conaretur, ut *par* non Adjectivum, sed Substantivum esse statueret, ad scripturam optimorum codicum animum non attendit, qua restituta omnis facile dubitatio tolletur. Ea haec est: *Nam est primum, quotiens verbum verbo aut non dissimile valde quaeritur,— aut certe par et extremis syllabis consonans. Par* dicit quod eandem quantitatem habet.]

§. 76. *quod sit.* Sic Par. 1. 2.

§. 77. *cad. syll. iisd.* Par. 1. 2. *vel in iis.* *similem.* Par. 1. 2. *simile.* *finem.* Sic Par. 1. 2. *fiunt.* Sic Par. 2. *sunt* Par. 1.

§. 78. *quia.* Sic Par. 2. *casu simile.* Par. 1. 2. *casus similis.* *respondet.* Sic Par. 2. *respondent* Par. 1. *primis.* Sic Par. 1. 2. *potest.* Par. 1. 2. *poterunt.*

§. 79. *solat. inter.* Sic Par. 1. 2. et Amb. 1. *Ejus fere* Sic Par. 1. 2.

§. 80. *Accedit.* Par. 1. 2. *Accidit.* *in matr.* Par. 1. 2. om. *in.*

§. 81. *et, si.* Par. 1. 2. inser. *fit.*

§. 83. *igitur.* Sic Par. 2.

§. 84. *primis.* Sic Par. 1. *nos, quod.* Sic Par. 2. *nosque* Par. 1.

§. 86. *Quod — cluditur.* Par. 2. om. *Quod.* Par. 1. *et eodem excluditur.* *Roscio.* Par. 2. *Seroscio.* Par. 1. *Sexto.* *qui sc. introëat.* Sic Par. 2. *q. in scena spectetur* Par. 2. *sit.* Sic Par. 2. [In exemplo Ciceroniano de Roscio alterum *sit* haud dubie mendosum est scribendumque *est.* In Amb. 1. verba inter utrumque *ut* interjacentia omittuntur, sed pro priore *sit* habet item *est.*]

§. 87. *et*, *Longius*. Par. 1. om. *et*. Par. 2. *eo long. prop. ἄφ*. Sic Par. 1.

§. 89. *verbis esset*. Sic Par. 1. 2. *Oed. Thriasius*. Par. 1. *Thryasius*. Par. 2. *Chryasius*.

§. 90. *quoque*. Par. 1. 2. om. *improvisum*. Par. 1. 2. *improvisa*.

§. 91. *hoc*. Sic Par. 1. 2. *schema*. Sic Par. 2. *schemata* Par. 1. *inter trop. posita*. Par. 1. 2. *interposita*.

§. 92. *et si*. Par. 1. 2. *quae si*. *significat*. Sic Par. 1. *significet* Par. 2.

§. 94. *dicit*. Sic Par. 1. 2. *sane in*. Sic Par. 1. 2. *subjiciatur*. Sic. Par. 2. *subjicitur* Par. 1.

§. 95. *continua reddatur*. Sic Par. 1. 2.

§. 96. *Sed et uni*. Par. 1. 2. om. *et*.

§. 97. *liq. mih*. Sic Par. 1. 2. *ὑπαλλαγήν*. Par. 2. *ἀνάτασιν*. *pariter*. Par. 1. *par est*. Par. 2. sec. m. *posit et*.

§. 98. *transitionem*. Par. 1. 2. *translationem*. *occultationem*. Sic Par. 1. 2. *articulum*. Par. 1. 2. *articulos*.

§. 100. *ornent*. Par. 1. 2. *ornant*. *petantur*. Sic Par. 1. 2. *depravarunt*. Sic Par. 1. 2. *desinant*. Sic Par. 1. 2. *substantia*. Sic Par. 1. 2.

§. 101. *eae*. Sic Par. 1. *hae* Par. 2. *orator*. Sic Par. 1. 2. *habet*. Sic Par. 2. *habeat* Par. 1.

§. 102. *cum in his*. Par. 2. *c. tamen h*.

Cap. IV.

§. 3. *fluxerit*. Par. 1. 2. *effluxerit*. *subvertitur*. Sic Par. 1. 2.

§. 4. *vestibus*. Par. 1. 2. *vestes*.

§. 5. *et hos*. Par. 1. *et hoc*. Par. 2. *et haec*.

§. 6. *quod*. Par. 1. 2. Amb. 1. *quid*. *vinctum*. Sic Par. 1. 2. *detrahunt*. Sic Par. 2. *detrahat* Par. 1.

§. 7. *fluit*. Par. 1. 2. *furit*. *res nec ulla*. Sic Par. 1.

§. 9. *Ideo.* Par. 2. *imo.* Amb. 1. *ideoque.*

§. 10. *affectus.* Sic Par. 2. *affectum* Par. 1.

§. 11. *eosdem modos adhibent.* Par. 1. 2. *eodem modo adhibentur.*

§. 12. *supplic. est.* Sic Par. 1. 2.

§. 13. *ac modis.* Sic Par. 1. 2. *est veh.* Par. 1. 2. *eo v.* *in textu.* Par. 1. 2. *in exitu.* *in fine.* Par. 1. 2. om. *in.* [Spaldingium non debuisse in verbo *tacita* offendere Schützius in dissert. Hal. anni 1818 extrema pag. censet, nam sonare quidem numeros modosque, sed non loqui vel significare quicquam, quod vim cogitandi efficiat.]

§. 14. *Cic., Neque.* Sic Par. 1. 2. *venalitii.* Sic Par. 2. *superarunt, et.* Sic Par. 1. 2. *insequentes.* Sic Par. 1. 2. *turbes.* Sic Par. 1. 2.

§. 15. *sumus.* Sic Par. 2. *simus* Par. 1.

§. 16. *illis.* Par. 1. 2. om. *enim.* Sic Par. 1. 2.

§. 18. *insistentes.* Sic Par. 1. 2. *eam.* Par. 1. 2. *etiam.* *etiam numeros.* Par. 1. 2. *in numeros.*

§. 20. *atque.* Sic Par. 1. 2. *verba verbis.* Sic Par. 2. *verba de verbis* Par. 1.

§. 21. *nonnullis.* Par 1. 2. *non illis.*

§. 22. *κῶλ., περ.* Sic Par. 2. (et Amb. 1.) *sunt gen. nec.* Sic Par. 1. 2.

§. 23. *cavendum.* Sic Par. 2. *cav. est* Par. 1.

§. 24. *pronom. ess.* Sic Par. 1. 2.

§. 25. *nimiae.* Sic Par. 2. *nim. est* Par. 1. *uti q.* Par. 1. 2. *ut q.* *superpon.* Sic Par. 1. 2.

§. 26. *vis. Sed.* Par. 1. 2. *vis inest et.* *cedet.* Par. 1. 2. *cedat.*

§. 27. *contigit.* Par. 1. 2. *contingit.*

§. 28. *ut super.* Par. 1. 2. *et in s.* [*movit.* Wolff. in edit. probabiliter conjecit *movetur.*]

§. 29. *transire.* Sic Par. 2. *transiri* Par. 1. *intentionem.* Par. 1. 2. *intentione.* *illud, est.* Sic Par. 1. 2. *postridie.* Par. 1. om.

§. 31. *quod eos.* Par. 1. 2. *qui eos.*

§. 32. *seq. Est.* Sic Par. 1. 2.

§. 33. *sunt quae.* Par. 1. 2. *q. s.* *ultima prioris.* Par. 1. 2. inser. *fine.*

§. 34. *planior.* Sic Par. 1. 2. *est: ideoq.* Sic Par. 1., sed Par. 2. om. *est.* *habitu.* Sic Par. 1.

§. 35. *praecipueque.* Sic Par. 1. 2.

§. 36. *dicuntur.* Sic Par. 1. 2. *omnino.* Par. 1. 2. *oratio.* *opimae.* Par. 1. 2. *optimae.* *medii temporis.* Par. 1. 2. *mediis temporibus.*

§. 37. *earumque.* Sic Par. 2. *earum* Par. 1.

§. 38. *Serenus — dignus.* Sic Par. 1. 2. *locoque, et.* Par. 1. 2. *loco. Quod et.*

§. 42. *declin. jung.* Sic Par. 1. 2.

§. 43. *Ne verba.* Par. 1. 2. *Nec v.*

§. 44. *ea — quae.* Sic Par. 2. *eo — quo* Par. 1. *ac prima.* Sic Par. 2. *et pr.* Par. 1. *escul. grem.* Sic Par. 1. 2. *atque.* Par. 1. 2. *Magis insurg.* Sic Par. 1. 2. *vicit.* Sic Par. 2. sec. m. *inest* Par. 1.

§. 45. *μέτροις.* Par. 2. *μέτρους.* *etiamsi.* Sic Par. 2. sec. m. *etiam* Par. 1. 2.

§. 46. *est aut par.* Sic Par. 2.

§. 47. *cum sit.* Par. 1. 2. *cujus vis est.* *ut tempora.* Sic Par. 2. sec. m., sed Par. 1. om. *ut.* *faciant.* Par. 1. 2. *faciunt.*

§. 48. *habeat.* Par. 2. *habet.* *idem spatii sit.* Par. 1. 2. *iisdem spatiis.* *Proinde alia — versuum.* Par. 1. 2. *pr. a. ad dimensionem v.* *brevibus.* Par. 1. 2. *a br.*

§. 49. *ut fit.* Sic Par. 1. 2.

§. 51. *τετράσημοι, πεντάσημοι.* Par. 2. *τετρασημεῖον, πεντασημεῖον.*

§. 53. *quaedam.* Sic Par. 1. *quorundam* Par. 2.

§. 55. *vibratura dicit.* Par. 2. *vibratus dicitur.* sec. m. *vibrarent illa.* *sentit.* Par. 1. 2. *sentimus.* *descendet.* Par. 1. 2. *descendit.*

§. 56. *Idque.* Par. 1. 2. *et que.*

§. 58. *dure.* Par. 1. *ducere.* *se* Par. 1. om. *suo nomine.* Par. 1. 2. *sine n.*

§. 59. *poscet.* Par. 1. 2. *poscit.* *eloquentiae.* Sic Par. 1. *elocutione* Par. 2. sec. m.

§. 60. *verborum.* Par. 1. 2. *verbum.* *facit.* Par. 2. *faciet.*

§. 61. *e syll.* Sic Par. 1. 2. *poscitque.* Par. 1. 2. *possidetque.*

§. 63. *cohaerent, sed.* Sic Par. 1. 2. *ut exord.* Par. 1. 2. om. *ut.* *clausula qualib.* Par. 1. 2. *clausulam quaml. tamen.* Par. 1. 2. *enim.* *ipsa.* Sic Par. 1. 2. *perdet.* Sic Par. 1. 2. *venerimus.* Par. 1. 2. *veniemus.*

§. 64. *nimium.* Par. 1. 2. *minus.* *priora.* Sic Par. 2. *propria* Par. 1. *severiora.* Par. 1. 2. *sed veriora.*

§. 65. *ubi quat.* Par. 1. 2. om. *ubi.*

§. 66. *his verbis.* Sic Par. 1. 2.

§. 67. *insistunt.* Sic Par. 1. 2.

§. 68. *unum spiritum.* Par. 1. 2. *unius spiritus.*

§. 71. *Nemo reeus.* Par. 1. 2. *r. n.*

§. 72. *sed etiam.* Par. 1. 2. *sunt.* *quod est.* Par. 1. 2. *quidem.*

§. 73. *ὅσην εὔνοιαν.* Par. 1. 2. om.

§. 75. *cludit.* Sic Par. 1. 2. *Neque illi.* Sic Par. 1. 2. *quanquam sciunt.* Par. 1. 2. *quam constituunt.*

§. 76. *Illi minus.* Sic Par. 1. 2. *ductus.* Par. 1. 2. *durus.*

§. 79. *his.* Sic Par. 1. 2. *mihi.* Sic Par. 1. 2. *tris syll.* Sic Par. 1. 2.

§. 80. *id est ex pl.* Sic Par. 1. 2.

§. 81. *his.* Par. 1. 2. *iis.*

§. 83. *locis.* Sic Par. 2. sec. m. *longis* Par. 1.

§. 84. *obsessae.* Sic Par. 1. 2. *quid quod.* Par. 1. 2. *quidquam.*

§. 86. *faciet.* Sic Par. 1. 2. *longam pr.* Sic Par. 1. 2. *habet.* Sic Par. 1. 2.

§. 87. *aliosque.* Sic Par. 2. *alios* Par. 1. *igitur.* Sic Par. 1. 2. *paeona.* Par. 1. *paeonem.*

§. 88. [*fugiat spondeum.* Amb. 1. pro spondeo exhibet

molosson, vere: nam quis rhetor spondeum poterit orationi minus aptum judicare?]

§. 89. *versum.* Sic Par. 2. *versus* Par. 1.

§. 90. *sit.* Par. 1. 2. *fit.* *adjurct.* Sic Par. 1. 2.

§. 91. *placent.* Sic Par. 1. 2. *quaque.* Sic Par. 1. 2.

§. 92. *crim. len.* Sic Par. 1. 2. *lenius ut.* Par. 1. 2. *levibus utamur.* *recte etiam.* Par. 1. 2. om. *etiam.* *init. ej.* Sic Par. 1. 2.

§. 93. *etiam breves.* Par. 1. 2. *et in br.* *vacanti tempori.* Par. 2. *vacantis t.* Par. 1. *vacantis temporis.* *verene.* Par. 1. 2. *utrumne.*

§. 94. *ex longa.* Sic Par. 1. 2.

§. 95. *erunt.* Sic Par. 1. *sunt* Par. 2.

§. 96. *alii.* Sic Amb. 1. *alios* Par. 1. 2. *rationem.* Par. 1. 2. *orationem.*

§. 98. *constat.* Par. 1. 2. *constet.*

§. 99. *in utroq.* Sic Par. 2. sec. m., sed Par. 1. om. *in.* *sed illis.* Par. 1. 2. *et si illis.* *In armis iisd.* Par. 1. 2. *iisd. i. a.*

§. 101. *volumus.* Sic Par. 2. *velimus* Par. 1. *jungi.* Par. 1. 2. *conjungi.*

§. 102. *claudit.* Sic Par. 1. 2. *vel — timeres.* Sic Par. 1. 2. *Civis Rom. sum.* Par. 1. 2. *cibis rursum.* Amb. 1. *et cibis respersum.* *possemus.* Sic Par. 2. *possumus* Par. 1.

§. 103. *claudere.* Par. 1. 2. *cludere.* *praecedente.* Par. 1. 2. *praecedenti.* *Claudet.* Sic Par. 1. 2. *id est.* Par. 2. *idem.* *ipse.* Par. 1. 2. *ipsi.*

§. 105. *amphibrachus.* Sic Par. 1. 2.

§. 106. *hunc.* Par. 1. 2. *hoc.* *Cludet.* Par. 1. 2. *cludit.* *Sed omnes.* Par. 1. 2. *esset o.*

§. 107. *et init.* Par. 1. 2. *est in.* *Sicut.* Sic Par. 1. 2. *sic*, *Non.* Sic Par. 1. 2. *duceres.* Par. 1. 2. *ducere.*

§. 108. *Ore excipere.* Sic Par. 1. 2.

§. 109. *ut duae ult.* Par. 1. 2. *unde ult.*

§. 110. *Melior.* Sic Par. 1. 2. *ipse.* Par. 1. 2. *ipsa.* *anapaestos.* Par. 1. 2. *anapaesto.*

§. 111. *vel ch.* Sic Par. 1. *et ch.* Par. 2. *ac praec.* Sic Par. 2. sec. m. *tamen.* Sic Par. 1. 2.

§. 113. *lexis.* Sic Par. 1. 2. *delicati — frangunt.* Par. 1. 2. *dirigat utimur his passibus ut equorum cursum frangat.*

§. 114. *componet.* Sic Par. 1. 2.

§. 115. *Ideoq.* Sic Par. 1. 2.

§. 116. *levibus.* Sic Par. 1. 2.

§. 117. *Figura.* Par. 1. 2. *figuram.* *laboranti comp* Par. 1. 2. inser. *et.* *variata.* Sic Par. 1. 2. *succurrit.* Par. 1. 2. *succurrunt.*

§. 118. *possunt.* Sic Par. 1. *possint* Par. 2. *videatur.* Sic Par. 1. 2.

§. 119. *Ignorabo.* Par. 1. 2. *ignorabam.* *sed ut.* Par. 1. 2. inser. *ita.*

§. 120. [Scribendum videtur *ne qui forte — intelligant, facient quidem* cet. eo sensu, ut sit: ponamus aliquos non intelligere, quid severum, quid jucundum sit, at facient tamen illi melius natura duce, quam arte.]

§. 122. *incisa, Diximus.* Par. 1. 2. inser. *ut.*

§. 123. *et O rem.* Par. 2. om. *et,* sed Par. 1. *et os est.* *et membr. mixt. s.* Sic Par. 1. 2.

§. 124. *praetor. reliq.* Sic Par. 1. 2.

§. 125. *videntur.* Par. 1. *videtur.* *terminatus.* Sic Par. 1. 2.

§. 126. *pugnaciter.* Sic Par. 1.

§. 128. *Periodos.* Sic Par. 1. 2.

§. 129. *aut. hoc adh.* Par. 1. 2. om. *hoc.* *quod sit.* Sic Par. 1. 2. *sunt, quon.* Par. 1. 2. inser. *et.* *ac fluit.* Par. 2. sec. m. *illac fl.,* ubi *hac* deletum videtur.

§. 130. *ornatius, alia gracilius.* Par. 1. 2. *gratius al. gravius.*

§. 131. *vocalium.* Par. 1. *vocabula.* Par. 2. sec. m. *vocum.* *gaudere.* Par. 1. *laudare.* Par. 2. *laudarem.*

§. 132. *sunt — fuerunt.* Par. 1. 2. *sint — fuerint.*

§. 133. *natura, ita diss.* Par. 1. 2. om. *ita.*

§. 134. *omnibus.* Par. 1. 2. *nominibus.* [In hoc contextu

alio verbo opus esse, quod pertineat ad id quod sequitur *minime festinantium*, satis apparet. Equidem cogitavi de *incisionibus.*]

§. 135. [Spaldingium in hoc loco corrigendo nimium sibi indulsisse nec tamen rem confecisse, facile apparet. Si velis loci sensum restituere, corrige sic: *non pyrrhichiis et trochacis, qui celeres quidem, sed sine viribus sunt, verum iis, qui sunt brevibus longisque mixti, non tamen plures longas quam breves habent.* Nam ut nolim ego haec omnia praestare, ita pleraque tamen vera esse puto. Extremum vocabulum, quod vulgo legitur, *habentia*, ex concursu cum proximo *illa* natum videtur.]

§. 136. *majore.* Par. 2. *major.* Par. 1. *majori.* *pedibus.* Sic. Par. 1. 2.

§. 139. *et signa.* Par. 1. 2. inser. *ad.* *numerorum.* Sic Par. 1. 2. *et gestus.* Par. 2. *actus.*

§. 140. *mihi.* Sic Par. 1. 2. *pyrrhichiisque.* Par. 1. 2. *pyrrhichius quidem.*

§. 141. *Aspera.* Par. 1. 2. *aspere.* *maledica, ut.* Par. 1. 2. *et maledicunt.* *grassantur.* Sic Par. 1. 2.

§. 143. *affectatio est.* Par. 1. 2. *affectatione.* *taed. ex simil.* Sic Par. 1. 2.

§. 144. *interim.* Par. 1. 2. *intima.* *rei.* Par. 1. 2. om. *permutemus.* Sic Par. 2. *permittemus* Par. 1.

§. 146. *paulum.* Sic Par. 1. *paululum* Par. 2.

SUPPLEMENTA

EDITIONIS SPALDINGIANAE

QUAE PERTINENT AD

VOL. IV.

L i b. X.

C a p. I.

§. 1. [*cogitationi.* Pottierius *cognitioni*, ut vulgo, nec quicquam de codd. Parisinis. Quamquam hoc quidem parum est, sed *cogitatio* per totum hunc librum proprium aliquid significat, cf. c. 6. Quin si contuleris vel ea quae statim sequuntur, vel VIII libri principium (quod memini demonstrare virum doctum qui in Jenensibus Ephem. litterar. a. 1827 Gensleriaiuim libellum Observatt. ad librum hunc X, Coburg. 1822, publico judicio subjecit) *cognitio* unice apta esse intelligetur.] *firma.* Par. 1. 2. *formae.* *ἕξις.* Par. 1. *λέξις.* Par. 2. *lexis.* *ad quam.* Sic Par. 1. 2. *conferatur.* Par. 1. 2 pr. m. *conficiuntur.* Par. 2 sec. m. *consequamur.* *diligenti.* Par. 1. 2. *diligentius.* *cura.* Sic Par. 1. 2. *quid ex his defuerit.* Par. 1. 2. *qui flexus iisdem defuerint.*

§. 2. [*fluit.* Spaldingii dubitatio de verbo *fluere* pro *fluitare* posito scrupulosior videtur quam verior. Censor ejus publicus Jenensis a. 1821 Suppl. nr. 77 opportune laudat Claudiani locum in Rufin. I pr.: *Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem, Curarent superi terras, an nullus inesset Rector, et incerto fluerent mortalia casu.*]

§. 3. *quidque.* Sic Par. 2. *quidquid* Par. 1.

§. 4. *summa.* Sic Par. 1. *summam* Par. 2. *quom. inst.* Sic Par. 1. 2. *athleta.* Sic Par. 1. 2, sed *ut* videtur in illis inventum esse. *qua ratione.* Par. 1. 2. *qua in oratione.* *didicit.* Par. 1. 2. *dicere.* [Videtur *didicerit* fuisse, sicut accuratioris grammaticae ratio postulat.] *optime, quam.* Sic Par. 1. 2.

§. 5. *par. quibus.* Par. 1. 2. inser. *e.* *Eae constant.* Par. 1. 2. *e constantia.* [Sarpius in Quaest. philol. Rostoch. a. 1819 editis p. 54 sic Quintilianum scripsisse instituit pro-

bare: *quibus ubique, cumque desideratum erit, possit e constanti esse copia rerum et verborum*, mox tamen *e constantia* verius sibi videri ait. Equidem cum Spaldingio locum olim recte emendatum puto.]

§. 6. *si in reb.* Sic Par. 1. 2.

§. 7. *Et — significarent.* Sic Par. 1. 2. *scio ediscere.* Par. 1. *se dicere.* Par. 2. *saepe dicere.* *usi aliquo.* Par. 2. *usui aliquo.* Par. 1. *usui aliquod.* *spatium.* Par. 1. 2. *semet ipsum.* *desideraretur.* Par. 1. 2. *desideratur.* *turbam enim.* Par. 1. 2. *turbamentum.* *ex qua.* Par. 1. 2. *ex quo.*

§. 8. *volubilitatem.* Sic Par. 2. sec. m. *voluptatem* Par. 1. *consequemur.* Par. 1. 2. *consequimur.* *cui quodque.* Par. 1. 2. *quid quoque.*

§. 9. *verbis, praeter.* Par. 1. 2. *rebus vel pr.* *script. quidem iamb.* Par. 1. 2. om. *quidem.* *nam.* Par. 1. 2. om. *vulg. op.* Sic Par. 1. 2. *nitidiore.* Par. 2. *cultiore.* Par. 1. *utiliore,*

§. 10. *et, ubic.* Sic Par. 1. 2.

§. 11. *quasi.* Par. 1. 2. *quare.* [*Quasi* verum esse nemo dubitat, sed quo referendum sit dissentitur. Mihi quidem, si veterum editorum transpositio minus probetur, non multum videtur obstare, quominus referatur ad *eundem intellectum.*]

§. 12. *commiserint.* Sic Par. 2. *commiserunt* Par. 1.

§. 13. *licet.* Par. 1. 2. *libet.* *ut non.* Sic Par. 1. 2. *oportet.* Sic Par. 1. 2.

§. 15. *copia v. sic paratur.* Par. 1. 2. *copiosus v. sit paratus.* *hoc.* Sic Par. 2. *haec* Par. 1.

§. 16. *aud. al. leg.* Sic Par. 1. 2. *adj. Excit.* Par. 1. 2. inser. *et.* [*ambitu rerum.* Quaeritur, quid sit *rerum ambitus.* Nimirum Quintilianus scriptoris cum pictore similitudinem et significat et exequitur: sicut pictor varietate colorum et extremitate linearum rerum figuras effingit, ita scriptor verbis quasi designat, cum contra qui dicit, sculptori similis, res ipsas proponere videatur.]

§. 17. *commoda, ut quisque.* Par. 1. 2. *commodat, ut quid quisque.*

§. 18. *velut.* Par. 1. 2. *illud.* *placeant.* Par. 1. 2. *placent.* *laudentur.* Par. 1. 2. *laudantur.* [Neque recte fecisse puto Spaldingium, quod Indicativum damnavit, qui apud Quintilianum nusquam sequatur particulas *cum interim*; vide I, 12, 3. II, 12, 2. X, 1, 111 et XII, 10, 67 cum nota Buttmanni nimis timide eum usum quasi excusantis. Nimirum temporis significatio praevalet (et vertas Germanice *während inzwischen*) neque ad ratiocinationem nisi leniter transfertur: estque hoc ipsum, si quaeris, jam labentis Latinitatis indicium, quod Conjunctivi usus, qui apud Ciceronem subtilissimus est, paululum deflectit, imprimis quidem quod pertinet ad interjecta membra orationis in constructione Accusativi cum Infinitivo, quorum tenuis nexus Indicativo quasi dissolvitur. Contra in enuntiatis absolutis, quae appellantur, Conjunctivum et alii scriptores hujus aetatis et imprimis Quintilianus, facilem quandam et lenem modestiam simulantes, nimium frequenter ponunt, ubi Cicero fortiter Indicativo sine dubitationis falsa specie utitur.]

§. 19. *Repetamus — tractemus.* Par. 1. 2. *repetimus — tractamus.* *iteratione.* Sic Par. 2. sec. m. *alteratione* Par. 1.

